This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 07577735 3

# VIGA-GLUMS SAGA,

SÍVE

# VITA VIGA-GLUMI.

*Sumptibus* P. F. DE SUHM.

MDC

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS

ASTOR LIBRARY NEW-YORK

# VIGA-GLUMS SAGA,

SIVE

# VITA VIGA-GLUMI.

Cujus Textus ad fidem præſtantiſſimi Codicis membranei diligenter exactus eſt, & collatus cum multis libris chartaceis.

*Cum verſione Latina; paucis notulis ad ſenſum pertinentibus; varietate lectionis in latinum verſa, & criticis obſervationibus mixta; carminum in ordinem proſaicum redactione, & indice triplici; uno rerum memorabilium, altero Chronologico, tertio vocum & phraſium; qvi etiam Commentarii vicem in loca difficiliora ſuſtinet.*

E Manuſcriptis Legati Magnæani.

HAVNIÆ, 1786.

Typis Augusti Friderici Steinii.

# L. S.

Hiſtoria Víga-Glumi (*a*) inter multas priſcæ Islandiæ Hiſtorias haud ultimum meretur locum; continet enim præter ea, qvæ ad cultum divinum ethnicum, juris

 dictio-

(*a*) Notandum venit; qvod raro aut nusqvam in hac noſtra hiſtoria Nomen Víga-Glúmr occurrat; interim tamen Heros noſter eo nomine vulgo cluet, atqve etiam in vetuſtis monumentis, ex. gr. Víga-Scutu Saga, Landnáma-boc, Olafsſ. Tryggvaſonar in Þætti af Ögmundi Ditt, Chriſtni Saga &c, ad verbum ſignificat, Glumus Homicida. Sed mirum videri poteſt, unde ei hoc nomen obtigerit, neqve enim cædibus præter cæteros deditus fuit. Mea conjectura eò tendit, hanc denominationem ei eveniſſe, non a multitudine cædium, ſed potius

ex

dictionem, & oeconomiam privatam, pertinent, etiam characteres morum atqve ingeniorum insignes; verbi caussa: herois ipsius (*b*) Glumi, Avi Ingialdi, & patris Eyiolfi, Thorarini Espiholensis, Einaris Thveráensis tunc adolescentis, Thor-

---

ex eo, qvod cædes ab eo patratæ multum in se habebant singulare: ut cædes Biörni Berserki, Sigmundi, Hlödukalfi, & potissimum Thorvaldi Krokii. Eandem rationem opinor esse in Denominatione Viga-Skutæ, nempe ex celebri illa cæde, qva patrem suum ulciscebatur, occidendo Patris interfectorem, inter duos pontifices medium in judicio sedentem: Neqve improbabile est Viga Styrium a cæde Berserkorum nomen imprimis esse sortitum, etiamsi alias magnus fuit homicida. De Víga-Bardio nulla controversia est, ut opinor, qvin prænomen hoc ei acciderit ex Heidarvígensi cæde, nam de cætero erat homo satis placidus, ut ex Grettisf. constat: idem etiam qvadrat in Víga-biarnium; de qvo consuli volo Historiolam de Thorsteino Stángar Högg: Denique contra, si â multitudine cædium tale nomen olim impositum fuerit, velim scire, cur Thorgeirr Havarsonius, homo præter cæteros omnes Nostrates veteres â natura compositus ad homicidia, hoc cognomine non insignitus, neqve Víga-Thorgeirr appellatus fuerit, qvod nusqvam factum esse invenitur; nempe cædes exercebat qvâvis occasione promiscue, in qvarum plerisqve nullum erat ad modum singulare. Glumus ad verbum significat sonorem, ut ex indice vocum videre est.

(*b*) In eo eminet animi & corporis fortitudo, calliditas haud mediocris, humanitas, beneficentia & misericordia prorsus heroica erga opis indigos, cujus præconium ei tribuit, vel hostis ejus capitalis Víga-skuta, vide Hujus historiam Cap. XXVI. Cæterum præclarum Stemma Glumi ex Landnáma-boc, & ipsa ejus historia perspici potest, qvod

& in

Thorvardi Örnolfi filii Sycophantæ politiſſimi, filiorum Glumi Marii & Vigfuſi ingenio diſſimilium &c.; tum varia exhibet ad iſtius ſeculi genium & inſtituta indicanda, qvæ ex parvo indice rerum, qvem ſubjunxi, peti poſſunt. Qvod attinet ad fidem hiſtoriæ, in univerſum aſſerere audeo, eam de fidelitatis palmâ certare cum fide digniſſimis, in nullum enim veſtigium incidi, ubi ea vel fabuloſum qvid vel exaggerans, vel partium ſtudium redoleat; cum tamen â primo vitio non prorſus ſint immunes qvædam magni nominis hiſtoriæ noſtrates; Kialneſinga-Sagam & Droplögar-ſona Sagam magnam nominaſſe ſufficiat; Stili ſimplicitas, ab omni affectatione & oratio-

---

& in nuce monſtrat bellum genealogiæ ſchema Chriſtniſagæ ſuffixum; potentiam autem ejus & auctoritatem colligere licet, fere in univerſum, ex hiſtoria noſtra; ex qvâ apparet omnes ſuæ, nempe ſeptentrionalis, provinciæ magnates, ejus obtrectatores & æmulos fuiſſe, inter qvos eminebant Thorarinus Eſpiholenſis & fratres ſui Thorvaldus Krokus & Thorgrimus, ut & Pontifices Skagafiordenſes, item Einarr Thveræenſis, homo ſapientiſſimus, neqve optimo ingenio præditus, Gudmundus potens frater illius, Thorvardus Örnolfi filius, homo nobilis & in paucis impudenti verſutiâ præditus, & deniqve Víga-ſkúta inclytus athleta, & vir animi confidentia ac ſingulari calliditate inſignis, cujus rationes & negotia cum Glumo luculenter haurire eſt ex Víga-ſkutu Saga Cap. XXIII ad XXVI incluſive. Tum ipſa Glumi Vita teſtimonium perhibet, qvomodo & qvamdiu dignitatem ſuam tueri valuerit, contra tot & tantos adverſarios; qvod ulterius confirmatur e Kriſtniſaga, qvæ expreſſis verbis eum Summum Procerum in provincia boreali nominat.

orationis lenocinio aliena, etiam haud aſpernandum argumentum præbet pro fide & candore noſtri hujus Hiſtorici.

Haud immerito igitur Eam in pretio habuit inter ſummas Islandorum Heroum vitas, qvas omnes magni facere ſolet, ſecus qvam plerorumqve mos eſt hodie, Vir Illuſtriſſ. Daniæ ſingulare decus, Literarum & Literatorum columen, P. F. SUHM, Regius Claviger; atqve adeo abſenti mihi in Islandia negotium dedit, ut Eam in latinum ſermonem verterem, & de cætero ita elaborarem, ut typis rectè & dignè mandari poſſet; qvod ego, etſi multifariis occupationibus, tum officii publici, tum privatæ oeconomiæ, diſtentus, pro tenui mea facultate tentavi facere in gratiam Benefactoris mei, & Patroni nunqvam ſatis laudandi, qvalem meum conatum Vir Optimus, pro ſolenni ſuâ munificentiâ, liberaliſſimô præmiô remuneravit. Qvid autem ego præſtiterim, peritorum judicio relictum eſto: interim ſingula conaminum meorum, præſens opus qvod attinet, momenta paucis attingam:

I°. Textum in Verſus vel Inciſa diſtinxi, qvod utili conſilio me feciſſe arbitror, ad eorum commoditatem, qvi Indices cum eo conferre, & res vel verba in iis Indicibus notata illic evolvere cupiunt, ad connexionem inibi penitius inſpiciendam; ita non eſt opus integras paginas tædioſe perlegere

legere unius verbuli cauſa. Præterea Editori & Interpreti multum commoditatis exinde affluit. Ille novis collectoribus & cognitoribus talium Indicum, poſtqvam liber impreſſus eſt non opus habet. Hic vel abſens certus eſſe poteſt, non corruptum iri opus a ſe elaboratum ab aliis magis ignaris & forte magis incurioſis, qvam ipſe fuit; qvilibet enim autor præſumitur majorem de opere, cui ſtudium & operam impendit, notitiam habere, qvam aliqvis extraneus, qvi forte nunqvam antea de eo cogitavit, & ideo non culpandus eſt, ſi multa prætereat, & multa eum fugiant inobſervata, qvæ alteri poſt multoties repetitam tractationem & rimationem familiaria evaſerunt. Magnopere optandum eſſet, ut alii hanc rationem & methodum vellent obſervare, præſertim qvi tales libros cum indicibus edunt.

II°. Textum univerſum, qvi editione Holana ſatis mendoſus eſt, in novam qvaſi formam ad ductum Membranæ redegi, non modo qvod ad orthographiam, ſed etiam, qvod ad dictiones & res ipſas paſſim; non tamen adeo juravi in verba hujus Membranæ, ut eam, ubi vel manifeſte erravit, vel erroris ſuſpecta mihi viſa eſt, ſeqvendam putaverim, tunc enim ex aliis codicibus textus integritati pro meo judicio conſulere conatus ſum, nempe:

III°. Textum hunc contuli cum novem Codicibus præter Matricem Membranam, qvorum omnium, ut & Membranæ, breviculam notitiam dabo infra; ex hiſce omnibus varietatem Lectionis collegi, verſione & criticis obſervationibus hinc inde interſperſam, qvo accedunt conjecturæ aliqvot, ubi lectio omnium Codicum ſuſpecta videbatur, qvas tamen in textum admittere raro ſuſtinui, ſatis habens annotaſſe intra varietates Lectionis aut notulas textui ſubditas. Varietates carminum verſione carent plerumqve, neqve ea erat facilis, adeo illæ vitiis ſcatent; ſed ubi ſenſum dabant non prorſus abſurdum, expoſitæ ſunt in vocum indice.

IV°. Verſionem, qvam potui proxime, ad textum elaboravi, unde ſtilus Latinus majorem in modum ſimplex videbitur, qvod non qvidem nego; opinor tamen eum eſſe claſſicum & latinitatem a Barbarie ſic ſatis puram, etſi floſculis careat; qvos mittere juſſit inſtituti ratio, qvæ erat lingvæ genium, qvantum potuit, exacte exprimere, qvem ſcopum ita me obtinuiſſe credo, ut Interpretes hiſtoriarum noſtratium, qvæ hactenus prodierunt, optimos, (nam de cæteris nihil dico) ſaltem æqviparaverim. Obſcuritates verborum qvædam incidunt in textu noſtro, qvæ tam ex vocibus, qvæ dudum obſoleverunt, (& id qvidem fortaſſe una cum rebus, qvas

deſigna-

deſignabant antiqvitus) qvam ex conſtructione ab imperitis librariis ſine dubio corrupta proveniunt; iis obſcuritatibus luculam aliqvam adſpergere conatus ſum in vocum indice, qvantum voces ſingulas attinet; in notulis autem textui ſubjunctis, qvod ad perverſam conſtructionem ſive ex ea natam obſcuritatem ſpectat. Carminum verſio multis feſtivis hominibus ridicula, credo, videbitur, qvos ſuo ſenſu & ignorantia gaudere per me permiſſum erit; Sed ſi aliam verſionem, unde, ſive ex qva ſola nemo antiqvi ſermonis poëtici ignarus doctior evadat, expetunt, adeant indicem vocum, ubi ſenſus appellationum qvod ad rem, non qvod ad verbum, expreſſi ſunt: de cætero pleraqve Glumi carmina aliqvid ſingulare in ſe habent præqvam cæterorum poëtarum, & non poſſunt cum certitudine exponi ex regulis Eddicis, neqve eſt ut ultra perveniatur multis in locis, qvam ad probabilitatis ſpeciem aliqvam. Ea ſententia eſt hominis in talibus literis multum & diu verſati G. Magnæi, qvem ſuper hiſce carminibus non ſine fructu conſului. Dici non poteſt qvantum redactio carminum in ordinem proſaicam conferat ad eorum intelligentiam, nolui ergo labori parcere, & laudabile qvorundam ante me inſtitutum ſeqvutus ſum, ut ea omnia in talem ordinem redegerim, qvo vel apud Eddæ peritos homines gratiam me iniiſſe ſpero, ne qvid dicam de aliis.

V°. Ut opus ad uſum qvam maxime eſſet commodum, tres Indices adjeci:

*a*) Rerum notabilium ad modum ejus indicis, qvem optimo conſilio Landnamabok ab ſe elaboratæ ſubjecit Vir ſumme venerabilis J. FINNÆUS, qvales indices plures exiſtere magnopere optandum eſſet; loco indicum, qvos freqventant, hiſtoricorum, qvi non ſunt aliud, qvam contenta rerum geſtarum compendioſa, alias facile in ſenſum lectoris occurrentium, & recenſus nominum propriorum, unde non multum hauritur notitiæ antiqvitatis, & tamen id genus indicum magnam interdum molem implet.

*b*) Chronologiæ, cujus rationem & fundamenta dedi atqve allegavi in proœmio ejus Indicis, qvod hic repetere ſuperſedeo. Scio objici poſſe hujus chronologici calculi terminum â qvô, nimium qvantum differre ab eo termino, qvem ipſa Hiſtoria præfigit, ſed in re incerta multo tutius mihi viſum eſt, Annalium Scriptores ſeqvi, qvorum primarium inſtitutum & ſcopus fere unicus fuit, tempora rerum geſtarum determinare, cum è contrario ſcriptores hiſtoriarum præcipue verſentur circa Narrationem rerum geſtarum, non adeo ſolliciti de temporum calculo definiendo, qvod & iis,

qvo

qvo tempore ſcripſerunt ex traditionibus tantum oralibus, fere erat impoſſibile. Annalium ſcriptoribus multo facilius erat calculos inſtituere, habuerunt enim in manibus largam meſſem hiſtoriarum ab hiſtoricis ante ſe concinnatarum; ex hiſce per collationem Earum inter ſe, & ratiocinia inde deducta potuerunt diligenti ſtudio & ſedula attentione pervenire ad majorem certitudinem in temporibus rerum geſtarum deſignandis; & præterea credibile eſt, eos melioribus Exemplaribus Hiſtoriarum uſos eſſe, qvam qvæ nobis hodie ſuperſunt, poſt tantum temporum intervallum; â me certe impetrare neqveo, ut credam allegatos Annalium Authores cædem Sigimundi adſcripturos fuiſſe anno 942. ſi uſi eſſent noſtris Exemplaribus, qvæ Eyiolfi Hrugæ peregrinationem in Norvegiam ſtatuunt factam eſſe ſub Hacone Adalſteini alumno regnante: nam pono, infavorem Hiſtoriæ indefinite hac de re loqventis, Eyiolfum veniſſe in Norvegiam anno primo regni Haconis, de qvo anno, inter Chronologos non convenit, nam ſunt, qvi 937, alii 935, rurſus alii 934. & deniqve Annales 933 ſtatuunt initium regni Ejus: ponamus porro, ut Noſtræ Hiſtoriæ patrocinemur, Annalium annum ſc. 933, qvo Eyiolfus venerit in Norvegiam, & verſatum ibi eſſe illum annos qvatuor, ut Hiſtoria docet, deinde attendamus tempus Nuptiarum Eyiolfi, duxit enim Aſtridam hyeme ultima, qvâ in Norvegia

erat, & tum obſervemus Glumum fuiſſe ad minimum 3tiam prolem Eyiolfi & Aſtridæ, (poteſt enim & fuiſſe l. IVta l. Vta proles, qva de re Hiſtoria ſatis indefinite loqvitur V. Cap.) ex his datis Annus Natalis Glumi foret 941, (nempe proximus ante, qvam Sigmundum XVI. annos natus interfecit ex annalium fide) Annus, qvo Sigmundum interfecit, foret 957. anno ſeqventi ſc. 958. dignitatem ſuſcepiſſe ponamus, qvâ fruebatur annos 40, ut teſtatur Hiſtoria, cujus temporis terminus, ad qvem probabiliter ſtatuitur, annus, qvo â Thverá ſede avita expulſus & è territorio extorris factus eſt (poſt enim id tempus non convenit eum dici ſummum procerum at ſummis parem) conſeqventer Thverâ exceſſit Anno 998. & prælium Hríſateigenſe incidit in annum 995 (12 annis poſtqvam Annales volunt) poſt ſex annos ab eo prælio, id eſt 1001. carmen pepigit de ætate ſua, qvæ ex hoc calculo efficit 60 annos, id qvod conſiſtere non poteſt cum carmine ejus, qvo modocunqve accipiatur, ſunt autem, ne qvid diſſimulem, tres modi, qvibus accipi poſſit: unus eſt, qvem in verſione ſecutus ſum, ut proxime accedentem ad Annales, ſecundum qvem Glumus carmen hoc pangens ſit 63 annorum, & aliqvid ſupra, ſive qvod non multum differt 64 annorum aliqvanto minus: alter modus eſt, ſi verba carminis "*Sextigu vetra fióra minna mett* explicentur, per Sexaginta annos qvatuor annis minus:

minus: Et tertius modus eſt, ſi τὸ *minna* non ad annorum numerum referatur, & hic ordo verborum conſtituatur. *Þá er ver ſátum — — — fióra (vetr) Sextigu vetra,* ɔ: *fióra vetr ins ſietta tigar. Nu er minna mett',* ɔ: poſtqvam viximus (Thveraam incoluimus) qvatuor annos ſextæ annorum decadis, nunc minor eſt æſtimatio (noſtra); qvatuor autem anni ſextæ decadis faciunt annos 54, tres anni eo additi, qvos in Hörgárdalo habitavit, anteqvam carmen pangeret, efficiunt annos 57; qvod tribus annis minus eſt, qvam vult calculus authoris noſtri; ex priori acceptione carminis 4 annis minus emergit, qvam dictus calculus poſceret: & multo majorem differentiam involvit reſpectu Chronologiæ Annalium ſupra memoratæ. Hic habes, Lector, Chronologiam, qvatenus eam potui elicere ex ipſa Hiſtoriâ, qvam ego fideliter adducendam exiſtimavi, & cuicunqve relictum volo, ut eam ſeqvatur, ſi ita magis lubeat; nam me qvod attinet, eam ſeqvi non poſſum ſeqventes ob rationes, præter ante allatas.

1°. Concordant annales ipſi inter ſe de duobus momentis in hac Hiſtoria primariis, Sigmundi nempe cæde, & prælio Hriſateigenſi: (qvod differentiæ intercedit circa Sigmundi cædem, notatum eſt in Introductione ad Indicem Chro-

Chronologiæ) deinde conſentiunt cum carmine Glumi, ut ex eadem introductione luculenter patet, qvalis convenientia haud levem in ſe habet probandi auctoritatem.

2°. E Chronologiâ, ad ductum hiſtoriæ inſtitutâ, naſcitur id incommodi, qvod ætas Glumi non evadit niſi 62 anni, atqvi tantula ætas non videtur congruere in hominem, de qvo ipſa Hiſtoria bis numero prædicat, *qvod ſenex evaſerit & cæcus*; id qvod & ipſe in ultimo carminum ſuorum confirmare videtur (vid. Cap. XXVII. verſ. 20.) & deniqve.

3°. Certum eſt lites cum Eyiafiordenſibus apud Hriſeyiam & pugnam in Kaupango accidiſſe, poſtqvam Glumus venit ad Thverbreckam; nimirum eo migravit, qvo alterum illud in Chronologico indice laudatum carmen pepigit Ao. 1001, jam vero incertum eſt, qvamdiu in Thverbrekka habitarit ante haſce turbas, ſed ad minimum eas non prius fuiſſe conſentaneum eſt, qvam uno anno poſt migrationem ad Thverbreckam idqve ex verbis auctoris, ubi eas narrare incipit Cap. XXVII. verſ. 3. *Eitt vor kom* Þorvalldr &c. alias enim dixiſſet: *Um Vorit, er Glumr fór til* Þverbrekku, *kom* Þorvulldr &c. ɔ: eodem vere, qvo Glumus Thverbrekkam migra-

migravit &c. Faciamus igitur turbas iſtas eveniſſe uno anno â migratione iſta elapſo. Alias auctor in oratione ſua præter neceſſitudinem â lingvæ genio temere receſſiſſet, qvod non de illo magis, qvam cæteris priſcis Hiſtoricis noſtris præſumere fas eſt, nempe Ao. Seculi 1002. at ætatis Glumi 61. & uno ſaltem anno ante obitum ejus. Tum ſeqveretur, eum tantas res geſſiſſe, ex Hypotheſi Auctoris, decrepitum & viſu captum præ ſenectute (nam alia ratio cæcitatis ejus, qvam ſenectus ex authore noſtro colligi non poteſt) qvod eſt prorſus incredibile, neqve enim uno dimidio anno, ut opinor, hæc coecitas ei incidit, qvæ non niſi paullatim & longo tempore ſenibus ſolet evenire. Inſtar omnium eſt, qvod ipſe author videtur intendere Glumum plures qvam tres Thverbrekka habitaſſe: Dum ita loqvitur, Cap. XXVI: *Þá keypti Glumr land ad Þverbrekku, ok bió Þar medan hann lifdi.* Credibile eſt ex uſitato veterum Hiſtoricorum ſtylo, auctorem non ita locuturum fuiſſe, ſi paucos annos Glumus Thverbrekka habitaſſet, verum potius dixiſſe: *Ok bió Þar fá* vel *nockr ár, ádr hann andadiſt*, ibi paucos l. nonnullos annos habitavit, anteqvam exſtingveretur, aut numerum annorum definite expreſſiſſet, exempli cauſa: *hann bió Þar* III. *eda* IV. *ár áÞr han andadiſt.* o: ibi habitavit 3. l. 4. annos anteqvam &c. Eodem recidit argumentum ductum ab initio

capitis ultimi: *Þat var eitt ſumar, at Þeir brædr Gudmundr ok Einarr* &c. ſi hoc accidiſſet anno poſt turbas in Kaupango, Author non ita locutus eſſet, verum potius ſic: *Þat var um ſumarit eptir* &c. neqve dubito ex iſtis verbis concludere, aliqvot annos interceſſiſſe inter turbas illas & Glumi obitum, vel ſi mavis Glumi propoſitum utrumqve aut alterum eorum fratrum occidendi, nam nihil adhuc impedit, qvo minus etiam poſt hoc tempus aliqvot annos vixerit.

Hæc omnia eo tendunt deniqve, ut oſtendam, qvod ego non niſi neceſſitate adactus diſceſſerim ab eâ temporum ratione, qvam hujus Hiſtoriæ Auctor ſecutus eſſe videtur, cujus rationis cardo vertitur in anno, qvo in Norvegiam venerit Eyiolfus; Sed ſi vitium illud irrepſerit in hiſtoriam, magis id adſcribendum erit Librariis imperitis, qvam ipſi Authori, homini in cæteris, ut videtur, accurato & hiſtoriæ gnaro, & in qvo nihil improbare eſt præter nimium affectatam brevitatem, qvam ob rem ille in obſcuritatis crimen interdum cecidit. Si aliqvanto prolixior in hac materia fuerim, id â nemine cordato vitio mihi verſum iri ſpero, cum Chronologia ſine dubio haud parvum momentum afferat ad hiſtoriæ veritatem & utilitatem, cumqve præſertim Doctiſſimus Chronologus noſtratium, aliqvoties mihi laudatus Dominus J. Finnæus,

qvem

qvem de hoc meo dubio conſului, videatur in ſententiam meæ contrariam inclinare in literis ad me datis, atqve in Indice vocum ſub *Klambrar veggr* allegatis, ubi ut probabile aſſumit, Glumum vixiſſe præter propter ſexaginta qvinqve annos.

Ex Hypotheſi a me in Indice Chronologico ſumta annos margini textus appoſui, qvod neminem improbaturum ſpero, cum Lectorum commoditati in ea re conſultum eſſe voluerim.

C. Tertius eſt Index Vocum & phraſium, qvarum pleræqve rariores ibi collectæ inveniuntur cum ſubditis derivationibus, non neglecta earum convenientia cum lingvis aliis; qvasdam prolixius tractavi, qvod commentarii loco inſervire volui in loca hiſtoriæ maxime obſcura, ut ſuperius monui, cum de verſione agebam: fateor multa in iis commentariis non ulterius pervenire, qvam ad conjecturas, ſed velim ſcire, qvis perveniat ulterius, ubi res & verba ſunt obſcura? Qvi plus in his verbis vident, & plus habent temporis, plura præſtabunt & meliora; meus ſaltem ſcopus fuit voces minus tritas aut minus notæ ſignificationis adnotare, qvas alii ante me, qvantum ſcio, non tetigerunt; aſt ubi voces qvoad Etymologiam ab aliis derivatæ ſunt, ſatis duxi lectorem ad eos

ablegare, inter qvos imprimis ſub merito numero philologum noſtratem longe Doctiſſimum Dominum J. Olavium, cujus gloſſaria, qvantum pertingunt, in Syntagma de Baptismo, & Diatriben de cognatione ſpirituali cæteris, qvæ in hiſce regnis ſeptentrionalibus hactenus edita novi, multum me judice antecellunt. Hactenus qvæ meum laborem in hoc opere reſpiciunt. Nunc venio ad Authorem & Codices Hiſtoriæ.

I°. De Auctore res redit ad conjecturas, nam ipſe, ut multi alii veterum Noſtratium, ſe ignoratum voluit, fortaſſe ante oculos habens notum illud Horatianum Libr. Epiſt. I. Epiſtola XVII. verſ. 10.

"*Non vixit male, qvi natus moriensqve fefellit.*"

Mea conjectura eo tendit, Arium poly-hiſtorem libri eſſe Auctorem, nam

*a*) Stilus conciſus & rigidus, & brevitatis ſtudium ad vitium usqve obſcuritatis interdum affectatum hoc ſvadent; qvalia in Schedis ſunt, & præterea non modo fabulas, ſed & omnes digreſſiones alienas & ſuper vacaneas hic abeſſe comperimus, qvi laudabilis ſcribendi modus in iisdem Schedis perpetuo obtinet.

*b*) Pro-

*b*) Profitetur Arius, ſe hiſtorias ab Hallo Haukadalenſi didiciſſe, apud qvem educatus fuit in contubernio Teiti filii Isleifi Epiſcopi. Isleifus autem fuit filius Gizoris Albi, qvi Glumo cognatus erat, & ut amicus atqve opitulator litibus ejus interfuit. Ex his duobus, Hallo nempe, ut per aliqvod tempus ſyncrono Glumi, & Teito cognato ejus ediſcere potuit Arius, qvæ ad vitam Glumi pertinebant.

*c*) Simile ſtili genus, qvoad ſimplicitatem, candorem & brevitatem, eſt in Gunlaugs Ormstungæ Saga, cujus Auctorem Arium facit hujus Hiſtoriæ Membrana Holmienſis & Liber Chartaceus in Bibliotheca Magnæana in 4to, No. 500. vid. Præfationem ad allegatam Hiſtoriam pag. 7 & 13. edit. Hafniæ 1775. & deniqve.

*d*) Qvicqvid ſit de Auctore, vetuſtum cum eſſe cum ratione concluditur ex Vígaſcútu Saga, qvæ Cap. XXV. & XXVI. allegat alias relationes. Locum integrum ex Capite XXV. huc adſcribere liceat, cum etiam pertineat ad aliud momentum in Hiſtoria Glumi, qvod leviter attingitur in Ea Cap. XVI, illuſtrandum; Agit autem de Thorlaugæ Glumi filiæ divortio â Vigaſcuta his verbis:

"*Elldjárn hinn milldi — kom út á ſkipi á Eyia-*
"*firdi — hann kom á fund Glúms, ſitia* Þeir *á tali*
"*allan dag, ſva at enginn viſſi, hvat* Þeir *töludu: oc*
"*litlu ſídarr ſendi Glúmr mann til Myvatz, oc baud han*
"Þorlaugu (*dottur*) *ſinni til bodz, oc bad hana hafa gripi*
"*ſina med ſer, oc ſva lauſa fe nockut, oc ſumir menn*
"*vilia ſegia, at Skúta hafi ſumt haft* (ſine dubio mendoſe,
pro, *ſendt hana*) *heim til Glúms,* Þá *er verſnadi med* Þeim
"*oc* Þóttiz *Skúta gera* (Þat) *til ſvívirdíngar vit Glúm,*
"*enn hin fráſögn er her höfd, at Skúta væri eigi heima*
"Þá *er ſendimadrinn kom eptir* Þorlaugo. *Hún fór nú*
"*á fund födurs ſíns at hans ordſendíng: nú urdu menn*
"*brátt varir, hvat verit muni hafa í talinu* Þeirra *Glums*
"*oc Elldjarns;* Þvíat Þá *gipti han dóttur ſína Elldjárni,*
"*oc fóro* Þau Þegar *á burt oc utann, oc* Þótti Þetta öllum
"*vera mikit tiltæki ok* Þóttuz *vita at Skúta mundi* Þeſſa
"*hefna ef han mætti* Því *vidkoma.* — i. e. Eldjarnus lar-
"gus — Navi peregre advenit in Eyiafiördo — ille Glumum
"convenit. Illi ſedebant in colloqvio totum diem, ita ut
"nemo ſciret, qvid loqverentur: paullo poſt Glumus, miſſo
"homine ad Myvatn, Thorlaugam ſuam (filiam) ad convivium
"invitavit, & juſſit eam ſecum portare cimelia ſua & rerum
"mobilium nonnihil. Nonnulli autem ferunt Scutam cætera

"domum

"domum Glumi portanda curaſſe (domum patris Eam "remiſiſſe) poſtqvam diſcordia (denuo) inter eos orta erat, "atqve Skútam hoc facere intendiſſe in contumeliam Glumi. "At altera relatio hic adhibetur Skútam domi non fuiſſe, "cum nuntius Glumiveniret Thorlaugam arceſſitum, jamqve "ad Patrem profecta eſt ejus accitu (prout ille verba lega- "verat) & mox compertum eſt, qvæ res in colloqvio Glumi "& Eldjarni fuiſſet agitata: tum enim filiam ſuam Eldjarno "nuptum dedit: qvo facto illi mox peregre abiverant. Hoc "omnibus magnum inceptum videbatur, & perſvaſerunt ſibi "fore, ut Skúta id ulciſceretur, ſi ejus rei facultas illi "contingeret. "

Alter locus eſt ê Capit. XXVI. atqve ita habet:

"*Skúta hafdi Flugu í hende, Þar ſegia menn eigi einn*
"*veg frá, ſumir ſegia ſva ſem her er ſagt, at Þat væri*
"*Öx oc heti Fluga, en ſumir ſegia at Þat væri Sverd*
"*oc heti Fluga, en hvart ſem heldr var, Þa hafdi Skúta*
"*iafnan Þat vapn ſer í hendi, oc ſva var nû enn Þetta*
"*ſinn.* i. e. Skúta Flugam in manu tenebat, qva de re "non uniformiter perhibetur, alii enim, ut hic narratur, dicunt "id (telum) ſecurim fuiſſe Flugamqve nominatam eſſe: alii "autem dicunt id fuiſſe gladium, Flugamqve nominatum eſſe,

"ſed

"ſed utrumlibet ſit, Skúta ſemper hoc telum in manu ſibi "habebat, atqve ita nunc etiam erat hac vice."

Ex his locis videtur tuto concludi poſſe, Auctorem Vígaſkutæ Sagæ per illud *Sumir* & *Sumir menn* digitum indicem obliqve intendere ad noſtram præſentem Hiſtoriam ſive ejus auctorem, etſi eum directe & aperte non nominet; & conſeqventer, ſi hæc mea concluſio vera ſit, hinc apparet noſtram Hiſtoriam antiqviorem eſſe Hiſtoria Vígaſkutæ; atqvi Vígaſkutæ Hiſtoria magna præ ſe fert antiqvitatis indicia, qvod ad ſimplicitatem ſtili, & candorem Scriptoris in rerum enarratione pertinet, de qvo ex. gr. conferri volo relationes Ejus de Glumi & Skútæ negotiis inter ſe, qvæ qvatuor Cap. in Ea continentur, nempe Cap. XXIII. ad XXVI. incluſive, & inſimul cadit ſub attentionem, atqve id diligenter velim obſervari, qvod Vígaſkutæ Saga non allegat alias relationes in rebus, qvæ interceſſerunt Glumum & Skútam, niſi ubi agitur de iis ipſis, qvæ in noſtrá Hiſtoria occurrunt. Hoc novum adhuc argumentum eſt, qvod Auctor Vígaſkútu Sagæ per ſuum illud *Sumir* & *Sumir menn* non intelligat alios qvam Víga-Glums Sagæ auctorem. Adeo ut extra dubium ponendum ſit Hiſtoriam Glumi inter vetuſtiſſimas noſtratium eſſe numerandam. Qvod autem Vígaſkútu-Saga multo

copio-

copioſius & magis fundate, ab origine usqve negotii incipiens, exponit omne id, qvod Glumum inter & Skútam interceſſit negotii, tam ante Thorlaugæ divortium qvam poſt (verbi cauſa tranſit Víga-Glúms Saga matrimonium Thorlaugæ cum Eldjarno, qvod cum ſuis circumſtantiis ſuperius attuli ex Víga-ſkútu Saga) id eo venire cenſeo, qvod Auctor Víga-Glums Sagæ minorem habuerit relationum ſylvam, qvam alter; hujus autem cauſam fuiſſe credibile eſt, qvod Auctor Víga-Glums Sagæ in eadem qvadrante, qva Glumus vixit, neqve ortus, neqve educatus fuit, id qvod in Arium qvadrat ex mea ſuppoſitione, nam omnes ſciunt eum in prædio Haukadalo Islandiæ meridionalis educatum fuiſſe: res autem, qvæ eveniunt in territorio, ubi qvis natus & educatus eſt, magis eum afficiunt, atqve adeo notiores magisqve in memoria fixæ eſſe ſolent, ſive ſint præſentes, & ejus tempore geſtæ, ſive præteritæ, atqve a majoribus natu ei relatæ, qvam qvæ in alienis & extraneis provinciis contigere. Utcunqve res ſe habet, conſtat ex Snorrio in præfatione ad Hiſtoriam Norvegicam, Arium hiſtorias patriæ conſcripſiſſe, Niála qvoqve eum laudat in Genealogia Snorrii Pontificis, præterea Landnáma-Bok primum eum Authorem ſuum fuiſſe teſtatur. Non omittendum credo, fieri poſſe, ut qvidam objicere velint, nihil opus eſſe tanta hæſitatione, tantisve ambagibus, Scriptorem noſtrum qvod

attinet, cum plauſibile ſit, eum eſſe Brandum Sæmundi filium, Epiſcopum Holanum, qvi floruit Seculo XII. & *cujus opera*, ut ſtatuit ſumme venerabilis Doctor F. JOHANNÆUS in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica Tom. I. p. 333. *ſcriptæ ſint pleræqve noſtræ Hiſtoriæ & Vitæ Heroum, qvæ antiqvitatis notitiam nobis pandunt, ipſiqve etiam Annales, ut & Sturlunga Saga ad ejus usqve tempora, adſcribenda ſint.* At reſpondeo, ignotum mihi eſſe, unde laudatus Epiſcopus talem ſuam aſſertionem ſumſerit, nulla enim eo loco fundamenta ejus allegat in doctis ſuis annotationibus, qvod cæteroqvin facere aſſolet.

II°. Codices Víga-Glums Sagæ omnino decem ad manum habui in textu ejus concinnando & conferendo: inter qvos principatum ſuo merito obtinet Codex Membraneus Bibliothecæ Arnæ Magnæi No. 132 in Folio: eo continentur multæ Islandorum hiſtoriæ, qvas hic recenſere nihil eſt opus. Scriptus videtur Codex Seculo XIV. & habet orthographiam probam, ſimplicem, & ab omni archaiſmi aut novaturiendi affectatione alienam; qvod ad proſam hiſtoriæ attinet, menda in illo pauca invenias, ſed plura in carminibus; nihilo tamen minus dici vix poteſt, qvantum antecellat omnibus reliqvis chartaceis Codicibus hujus hiſtoriæ; nam, ut orthographiam omittam per totum, ita reſtituit qvædam loca Carminum, ut

melius

melius non poſſint reſtitui, & ut qvædam in iis nunqvam intellecta fuiſſent, niſi bona fortuna nobis hunc Codicem ſervaſſet: in Genealogiis & Nominibus propriis tamen interdum eundem cum cæteris errorem errat, qvæ diligenter notavi in varietatibus lectionum, & ibi, ut & in notulis emendare, ac enodare ſategi. Rara occurrunt loca, ubi lectu ſit difficilis ob literas vetuſtate detritas; ſed nulla lacuna mihi obvia fuit, niſi una duarum linearum Cap. XXIII. ſub finem, & qvidem in carmine, qvod Heroi noſtro fuit fatale, qvamqve lacunam (cui nullum ſpatium vacuum relictum eſt) nemo omnium librorum Chartaceorum ſupplet; etiam alter parvulus defectus eſt in hoc Codice, qvod vox unius aut duarum Syllabarum in 1ma Stropha Carminis, Cap. XXVI. verſ. 12 excidit.

Cæteros novem Codices in duas Claſſes diſpeſcui, qvæ claſſes deſignantur Litr. A. & B, ad illam pertinent qvatuor libri, ad hanc qvinqve; ſingulos nominatim attingam:

A. 1. Eſt exſcriptum laudati Codicis Membranei manu Asgeiri Jonæ fil. ſatis perfunctorium ex Bibliotheca A. Magnæi No. 508. in 4to.

A. 2. Eſt Exemplar impreſſum Editionis Holanæ ſatis notum: orthographia ejus eſt vitioſa, & carmina miſere corrupta, de cætero textus ſatis plenus & qvod ad rem & verba;

Cap. XXV. in fine Carminis lacunam unus omnium Librorum qvomodocúnqve explet, inſerit etiam vocem biſyllabam in altero carmine Cap. XXVI. ut ſupra monui deſideratam.

A. 3 & A. 4. Videntur eſſe traduces ex una communi matrice, & conſentiunt plerumqve inter ſe, prius tamen exemplar ſcriptum eſt ſuperiore Seculo, nam fuit aliqvando in poſſeſſione JONÆ THORLACII Toparchæ in præfectura Mulenſi famoſi ſatis; alterum præſente Seculo ſcriptum eſt. Orthographia in utroqve horum, ut in plerisqve chartaceis uſu venire ſolet, per totum depravata eſt. Hi duo Codices exiſtunt in A. Magnæi Bibliotheca ſub No. 164. Litr. B. & 144. in Folio.

De qvatuor hiſce codicibus generatim obſervandum eſt, qvod propius accedant ad Codicem Membraneum (non tamen præciſe decernere audeo, qvod ejus ſint traduces) qvam alterius claſſis codices, ad qvos nunc venio:

Inter hos agmen ducit B. 1. Ad aſpectum externum ſplendidus; nempe ligatus in rubrum heteromallum, & auratis marginibus conſpicuus; cum autem eum evolveris, præfert manum JOHANNIS ERLENDINI ſacerdotis, notæ id eſt ſic ſatis perfunctoriæ accurationis: liber qvondam fuit in poſſeſſione illuſtriſſimi Herois Gyldenlovii. Nunc viſitur in A. Magnæi Bibliotheca No. 160. in Folio.

B. 2. Eſt ad aſpectum tenuis & vilis, ſed ad rem & interius multo præſtantior antecedente, exaratus manu Helgi Grimſonii, Sacerdotis Huſafellenſis ſeculo, ut opinor, præterito. Orthographia hujus Codicis aliqvanto emendatior eſt, qvam in cæteris chartis, & præſtitit ille, qvod nemo aliorum ut Cap. XXIII. in Carmine ſtroph. 6. pravas lectiones Horveig & Hörveig emendaverit. Exſtat in Bibliotheca A. Magnæi ſub No. 455 in 4to.

B. 3 & B. 4. Qvorum prior ſub No. 143 in Fol. poſterior autem No. 509 in 4to, invenitur in A. Magnæi Bibliotheca. In omnibus fere conveniunt inter ſe; prior qvondam fuit poſſeſſio THORMODI THORFÆI, ſcriptus manu librarii Anonymi hoc, ut videtur, ſeculo. Poſterior ſcriptus eſt, ut A. Magnæi Catalogus ait, manu currente JOHANNIS ERLENDINI Sacerdotis. Sunt ambo admodum mediocres, at poſterior aliqvanto præſtat.

B. 5. Habetur ſub No. 164. Litr. A. exaratus manu JOHANNIS GIZURSONII fratris uterini Brynjolfi Epiſcopi, qvem conſtat ætatem triviſſe in exſcribendis vetuſtis noſtratium Hiſtoriis, cujus exſcripta qvi legerit, & contulerit cum paucis Membranis, qvæ hodie ſuperſunt, fatebitur, eum non elegiſſe niſi optimos libros, unde ſua exſcripta hauriret, ſed diffitendum ſimul non eſt, hominem inſerviiſſe mori depravato, qvi iis tem-

poribus in Dania noſtra invaluit, nempe conſonantes qvasdam citra omnem rationem duplicandi, qvem morem, credo e Germania invectum, Dani jam pridem laudabili inſtituto deſeruerunt; hunc librum Arnas Magnæus contulit cum ſerico heteromallo ſupra laudato, & differentias adſcripſit, qvæ plerumqve aliqvanto deteriores ſunt, qvam lectiones ipſius Codicis, unde, qvis cui ex illis duobus præſtet, facile dignoſcete eſt.

Cæterum qvid in univerſum diſtet inter Codices A. & B. ipſe Lector inſpicere & dijudicare poterit ex ipſis varietatibus lectionum diligenter â me collectis, unam inſtar omnium diſcrepantiam ſingularem hic adnotaſſe ſufficiat; ea eſt ab initio hiſtoriæ appoſitio non parva de Helgio Macro usqve ad Ingialldi mentionem, â qvo Membran. & omnes Libri A. ſuum textum ordiuntur.

Hæc erant fere, qvæ tuâ & meâ cauſſa te præmonendum exiſtimavi, mi Lector! valeas ergo plurimum, & meos conatus æqvi boniqve conſulas.

Scripſi Havniæ
VIII. Calend. April. M. D. CCLXXXVI.

G. Petersen.

VIGA-

# VIGA-GLUMS SAGA,

SIVE

# VITA VIGA-GLUMI.

# I. Cap.

1 (*a*) Ingialdr het madr ſon Helga hins Magra, han bió at
þuerá í Eyiafirdi; han var forn Godorz-madr, ok Höf-
2 díngi mikill, ok þá alldradr, er ſagan gerdiz: han var kvon-
gadr madr, ok átti ij ſonu Steinolf ok Eyiolf; þeir voru
3 menn (*b*) vel mannadir, ok frídir ſýnum. Ingialdr var einlyndr,
ok fálátr, údæll, ok faſt-tækr: han lagdi lítinn hug á kaup-
menn, villdi ecki yfir ſer hafa þeirra offa, ok ef han girntiz
af kaupmönnum nockut at (*c*) hafa, þá ſendi han adra
menn (*d*) til, en fór eigi ſiálfr.

Skip

---

(*a*) *Hiſtoriam hoc additamento ordiuntur B. 1 ad 5:*

Helgi het madr, ok var kalladr Helgi hinn Magri, han var ſon Eyvindar Auſtmans ok Ráfavrtu (Rafvörtu et in Marg. Ráförtu B. 2.) Dóttur Kiarfals (Kiaruals B. 5.) Ira kóngs. Helgi átti þórunni hyrnu, dottur Ketils Flatnefs, ſonar Biarnar Bunu, herſis í Noregi, han var ríkr ok kynſtórr (Höfdingi - - - ſtór B. 4.) ok bió í Raumsdal í Raumdæla fylki, þat er milli ſudmærar *(ita etiam B. 3. ſed* ſúdr-mærar *B. 2, 4, 5.)* ok nord-mærar. Helgi hinn Magri nam Eyafiörd allan frá Siglu-neſi, biuggu þau þórunn Hyrna kona hans í Kriſts-neſi í Eyafirdi, ok eru frá þeim komnir Eyfirdíngar; þau áttu þann ſon er Ingialldr het, han bió at þverá í Eyafirdi, ſem nú er köllud Múka-þverá, han var &c. i. e. *Helgius dictus eſt homo cognomento Helgius Macer, ille erat filius Eyvindi Oſtmanni, & Raförtæ (rectius Ráfortæ) filiæ Kiarvali Hiberniæ Regis. Helgius habebat in matrimonio Thorunnam Cornutam filiam Ketilli (Catulli) Simi, filii Biörni Pedonis*

# Cap. I.

*Erat vir nomine Ingialldus Helgii Macri filius, prædium Thvera* 1
*in Eyiafiördo ſitum incolens, *) priſcus Pontifex & magnus optimas tempore, qvo hæc contigerunt, annis vergens. Habuit* 2
*uxorem & duos filios, Steinolfum & Eyiolfum, utrumqve artibus virilibus bene inſtructum, & ab aſpectu decorum. Ingialldus erat ſin-* 3
*gulari ingenio præditus (homo ſui cerebri), ſubtriſtis, pervicax, tenaxqve propoſiti. Mercatores illi parum curæ erant, nolebat (enim) eorum inſolentiam impotentiamqve animi ſuſtinere, & ſiqvid (mercium) ab iis deſideraret, aliis negotiatum miſſis, ipſe domi ſe continuit.*

*Æſtate*

---

*ſatrapæ Norvegi; ille (Ketillus) erat vir potens & magno genere oriundus, habitabatqve in Römsdalo in Römdalenſium provincia, qvæ eſt inter Sunnmæriam & Nordmæriam. Helgius Macer (coloniis) occupavit Eyafiördum univerſum uſqve a Siglu-neſo. Ille & Thorunna uxor ſua Chriſtneſi habitarunt; ab iis orti ſunt Eyafiördenſes; ſuſtulerunt autem filium nomine Ingialldum (Juvenalem), is habitabat Thveræ in Eyafiördo, qvod prædium nunc appellatur Muka-thvera, erat autem &c.*

(*b*) Vel-mettnir, *magni æſtimati B.* 4. *ſine dubio corruptum ex* menntir, *qvod idem valet ac* Mannadir.

(*c*) Kaupa *mercari* B. 4.

(*d*) *Voculam omittunt B.* 1 *&* 3, *pro qva* Ut *ſubſtituunt A.* 3 *&* 4. *i. emiſit.*

*) Qvales fuerint Pontificatus priſci, tangitur ſub *Godorz-madr* in Indice Vocum.

4 Skip kom (*e*) enn eitt ſumar í Eyiafiörd, Hreidarr het ſtýrimadr ættſtórr, hann átti (*f*) bú á Vorz í Norvegi manna
5 vaſkaztr, ok vinſælztr. Eyiolfr Ingialldz ſon var opt vid ſkip um ſumarit, ok áttu þeir Hreidarr mart ſaman í vinfengi: Hreidarr ſagdi hönum, at han villdi her viſtazt um vetrinn, qvadz vera fúſaztr til Ingialldz at fráſögn annarra
6 manna. Eyiúlfr ſagdi födr ſinn eigi hafa þat í (*g*) vanda
7 lagt, en þó lezt han mundu um ſýſla. Ok er hann kemr heim, ræddi han um vid födr ſinn, at han ſkylldi taka vid ſtýrimanni, ok qvazt ætla gódan dreing vera, ok mikilsverdan, ok tiáde málit fyri honúm vel um ſtýrimannin.
8 Ingialldr ſvarar, ef þú hefir bodit honum ádr, hvat mun þá tiá vid at mæla, mun ek þá hlióta fe at koſta, en þú munt (*h*) hafa ſtarf fyri, ok lezt alldrei út-lendan mann med ſer
9 haft hafa, ok qvaz enn ófúſs vera. Þá ſvarar Eyólfr: eigi er en vid hönum tekit utan þitt rád: en þat er ok bædi, at ek hefir litt til ráda hlutaz, ok villtu at ek ráda litlu, ef ſá madr ſkal her eigi viſt hafa, er ek hefi hegat bodit.
10 Ingialldr ſvarar: nú ſkalltu ok ráda þeſſu, ſem þú vill, at ſtýrimadr fari hegat vid annan mann, ok vil ek ecki (*i*) á leggia vid han fyrir þínar ſakir: en þú ſkallt hafa allan ſtarfa
11 fyrir þeim; en ek mun koſtnad framleggia. Han ſegir: þetta líkar mer vel at ſva ſe. Ferr han annan dag ok hitter Hreidarr, ok ſegir hönum málavöxt: han lætr vel yfir, ok er han

---

(*e*) Enn *omittit* A. 2. *ſed hic exponi poteſt:* ut ſæpius.

(*f*) Godords í Noregi A. 3 & 4, *notanda corruptione librariorum.*

(*g*) Vana B. 1 & 3. *idem.* í vanda ſinn A. 4.

(*h*) Starfa *in gen. maſc. utrumqve eſt rectum, at* Starfi *minus vulgatum.*

*Æſtate qvudam, ut ſæpius, in Eyiafiördum navis venit, Guber-* 4
*nator vocabatur Hreidar, genere nobilis, & prædium in Vorſia*
*Norvegiæ incolens; vir valde fortis & amicis beatus. Eyiolfus* 5
*Ingialldi filius per eam æſtatem ſæpe apud navem adfuit; inde orta eſt*
*inter eum & Hreidarem familiaris amicitia. Hreidar illi indicavit,*
*velle ſe manſionem hybernam hic (in Islandia) ſibi capere, & maxime cupere*
*apud Ingialldum eſſe ex aliorum relatione. Eyiolfus regeſſit patrem* 6
*ſuum id haud aſſveviſſe (exteros per hiemem domo excipere) ſibi tamen*
*hanc rem curæ fore promittit. Domum redux egit cum patre, ut* 7
*gubernatorem acciperet, ajens, ſe exiſtimare, eum eſſe virum probum &*
*magni prætii, atqve negotium gubernatoris bene apud eum peroravit.*
*Ingialldus, ſi tu, inqvit, eum jam invitaſti, qvid proderit contradicere,* 8
*mihi ergo pecunia, tibi autem labor impendendus eſt, at negavit ſe*
*hominem exterum in hoſpitio ſecum unqvam habuiſſe, dixitqve (inde)*
*ſe adhuc abhorrere. Citra tuum conſenſum, reſpondet Eyiolfus, non-* 9
*dum receptus eſt ille: ego me eqvidem in regimen domeſticum parum*
*immiſcui, & tu certe vis meam authoritatem eſſe parvam, ſi homini*
*a me invitato manſione uti non liceat. In tua ergo poteſtate eſto,* 10
*inqvit Ingialldus, ut gubernator huc uno cum comite in hoſpitium*
*immigret; & tua cauſſa nullam ei mercedem (pro hoſpitio) irrogabo;*
*in iis curandis labor ſit tuus, ſumtus autem meus. Ille ait: placet* 11
*mihi, ut ita ſit; & poſtridie profectus Hreidarum convenit, & ſtatum*
*negotii eum edocet; qvo nuncio Hreidar cum applauſu accepto, Ingialldo*



---

1 A. 2. Þú munt hlióta fyri at ſtanda, *tu pro illa re ſtabis* o: *rei curam & eventum in te ſuſcipias. A.* 3 & 4.

(i) Aqveda *pretium, vel mercedem (pro hoſpitio) ſtatuam B.* 5.

12 han þagat fluttr med varníng ſinn. Ok er þeir höfdu verit eigi leingi, þá verdr Hroidarr var vid, at þar ſkylldi vera Jóla veizla fiölmenn. Ingialldr var fárr vid hann, en þó vel.

13 Einn dag kallar Hreidarr Ingialld í útibúr, þar ſem varníngr hans var inni: han gengr med hönum. Þá mællti Hreidarr, ok bad hann velia af varníinginum þat er han 14 villdi. Ingialldr lez engis gyrnazt fiár hans; en kallar hönum 15 vel fara. Hreidarr ſvarar: ek hefir þó hugleidt nockut, hvat þú þarft af oſs at þiggia; ek hefir komit á nockra bæi her í Eyiafirdi, þá er beztir eru, ok ſe ek eingi herbergi ſlík ſem her. En ſkála búnad hefir þú eigi ſvo gódan, at eigi ſe þvíliſkr á ödrum bæum. Han tók þá úr ſínum (*k*) hirzlum ſvo gódan ſkála-búnad, ok gaf Ingialldi, ſem eingi hafdi ádr betri komit híngat til Iſlandz. Ingialldr þackadi hönum vel, ok var nú all gott vinfeingi þeirra í millum. Sídan 16 um vetrinn ſeigir Eyiólfr, at han vill utan fara med Hreidari um vorit: han ſvaradi því obrátt: Eyiólfr ſegir, hví villtu 17 eigi flytia mik, lýkar þer eigi vel vid mik? all vel, ſegir han, en lítil mun födr þínum þikia viztar laun mín. En eigi mun ek hönum íllu launa at flytia ſon hans á brott er hönum er (*l*) hverr ſómi at, en ef fader þinn lofar þá flyt ek þík giarna á brott, ok kann ek þöck mikla at þú farir 18 þá. Nú biuggu kaupmenn ferd ſína, ok er þeir voru búnir, leitar Eyiólfr enn eptir um utanferd ſína vid Hreidar, han ſagdi hönum ſinn vilia, ok lez eigi vilia geöra í móti födr hans

(*k*) Kiſtum, *arcis*, *B. omnes.*

*domum cum mercibus transportatus suis. Postqvam non ita diu com-* 12
*morati fuerant, Hreidar animadvertit, convivium Jolense freqvens*
*ibi celebrandum esse. Ingialldus parum familiariter cum eo versabatur,*
*sed tamen bene.*

*Qvodam die Hreidar in apothecam a reliqvis ædibus discretam,* 13
*ubi merx ejus servabatur, Ingialldum sevocat. Ille cum eo exiit: tum*
*Hreidar fatus jussit eum de mercibus suis eligere, qvicqvid vellet.*
*Ingialldus negavit se qvidqvam cupere pecuniæ ejus; sed tamen benigne* 14
*eum agere prædicavit. Hreidar respondet: animadverti tamen ali-* 15
*qvid, qvod tibi opus est, ut a nobis accipias; veni (enim) in villas*
*aliqvot hic in Eyiafiördo eas, qvæ optimæ sunt, nec video ullas ædes*
*tales, atqve hic, at apparatum cubiculi (aulæorum ornamenta) non habes*
*ita bonum, ut non sit talis in aliis villis: his dictis ex arcis suis pro-*
*tulit tam eximium cubiculi apparatum, & Ingialldo muneri dedit, qvo*
*melior nunqvam antea huc in Islandiam venit. Ingialldus ei magnas*
*agebat gratias, jamqve exstitit perbona inter eos amicitia. Eyiolfus* 16
*hyeme illa indicat, velle se eo vere cum Hreidare peregre ire; ille*
*cunctabatur annuere. Eyiolfus rogat, qvidni me vehere vis? nonne* 17
*mores meos approbas? Approbo sane, inqvit ille, at proemium tamen*
*mansionis meæ patri tuo exiguum visum iri (credo), etsi ei malam*
*gratiam non referam filium ejus deportando, qvi ei, omni respectu,*
*gloriæ est, qvodsi pater permittit, te lubenter deporto, & magnam tibi*
*gratiam habeo, si tum proficiscēris. Jamqve mercatores ornant iter* 18
*suum, ubi autem illi parati erant, reqvirebat Eyiolfus ex Hreidare de*
*sua peregrinatione. Ille suam mentem ei exposuit, negans se*
*adversus patris arbitrium facere, peregrinationem qvod attineret.*



(*l*) Ein-hverr, *qvod usitate notat aliqvis,* hverr *qvisqve A.* 3. & 4. *sed hic verisimiliter positum est pro ser-*

19 hans um utan ferdina. Sídan ſagdi han födr ſínum farfýſi ſína, ok ſva hverſu farit hafdi med þeim Hreidari. Ingialldr 20 ſagdi, at fáir dreingir mundi ſlíkir ſem Hreidarr, ok med (*m*) þeſsi þinni medferd, ok at (*n*) hans reyndum dreingſkap leyfi ek þer ferdina, ok (*o*) þicki mer betr, þú farir med hönum, enn med ödrum.

# II. Cap.

1 Sídan fóru þeir utan, ok komu vid Norveg: Hreidarr baud Eyiolfi marga koſti um viſtartekiur, enn hann villdi eigi þig- 2 gia þat, er hann baud; Hreidarr mællti: hvat villtu þá þinna ráda? (*p*) han ſeigir, eigi veit ek. Þá ſeigir Hreidarr: girnez þú ekki til kónga, edr annarra höfdingia, er þar heimill 3 varr til beini. Þá var Hákon Adalſteins-fóſtri yfir Noregi. A. C. Slíkum höfdingium ſyniz mer gott at þióna ydr ſtórum 918. mönnum ok likligum til gódrar fylgdar. Eyiolfr ſvarar: van- 4 færr em ek at fylgia kóngum, enn þó kann vera, at þat (*q*) geingiz eptir minum vilia, enn þó neita ek því. Hreidarr ſpyrr: hvat villtu þá? Eyiolfr mællti: hví dregr þú undan at bióda mer til þín: því at þat vil ek? lítill hugr er mer á því, ſegir Hreidarr: Eyiolfr ſpyrr, hví ſætir þat? Hreidarr ſvarar: ek (*r*) nenne eigi at veita þer þat, ſem þer er eigi gott at þiggia, þar er mer þikir þú gódz eins verdr frá 5 mer. Eyiolfr mællti: forvitni er mer á, hví þat ſætir. Þat muntu nú vita verda (ſegir Hreidarr) þó ſamir mer ílla frá

at

---

(*m*) Þeſſari, *omnes præter Mbr.*

(*n*) Hans *addit ſolus A. 2. neceſſario, ut videtur.*

(*o*) Þikia betr *Membr. ſuſpectum.* Mun mer þikia betr. B. *omnes.*

*Deinde ille (Eyiolfus) patri aperiebat ſuam navigandi cupiditatem, & qvid actum eſſet ſe inter & Hreidarem. Ingialldus dixit paucos viros ſuo judicio Hreidari pares eſſe, & cum hac tua agendi ratione, experta ſimul illius fide concedo tibi iter, imo ſatius duco, ut cum eo eas, qvam aliis.* 19

# Cap. II.

*Deinde peregre iverunt, Norvegiæqve appulerunt. Hreidar Eyiolfo multas domicilii capiundi ſortes propoſuit, ille autem admittere noluit id, qvod proponebat. Hreidar fatus eſt; qvid ergo conſilii capere vis tibi? neſcio, inqvit ille; cupisne, pergit Hreidar, ad reges alioſve principes viros (adire) qvam in rem noſtrum tibi in promtu eſt auxilium Tunc erat Haconus Adalſteini Alumnus rex Norvegiæ; me judice, vobis tantis viris, & bonum comitatum promittentibus expedit talibus principibus miniſtrare. Eyiolfus reſpondet: regum ſatellitio impar ſum, at fieri tamen poteſt, ut id cederet ex mea voluntate; nihilo minus id recuſo. Hreidar reſpondet, qvid ergo vis? Eyiolfus loqvitur: cur differs me ad te invitare, nam id volo? id animo meo parum arridet dixit Hreidar. Eyiolfus rogat, qvid id ſibi vult? Hreidar reſpondet; non poſſum adduci, ut tibi præbeam, qvod te non juvat accipere, propterea qvod te cenſco nihil niſi optime de me eſſe meritum. Eyiolfus dixit, ſcire aveo, qvæ ei rei cauſa ſubſit. Id ergo nunc, ut ſcias, neceſſe eſt (dixit Hreidar) tamen male mihi convenit* 1 2 3 4 5

(p) Fyrſt þú villt ei til Kónga &c. heimill til vor beini, *ſi qvidem reges alioſve viros principes adire recuſas &c. A.* 2.

(q) Gegniſt, *expediat A.* 3 & 4.

(r) Neita, *recuſo. B.* 4. neita eigi, *non recuſo. Miſere corruptum librariorum in curia. B.* 1, 3, 5.

at ſegia. Bródr á eg mer þann, er Ivarr heitir, vid eigum
bádir bú ſaman ok allan fiárhlut, ok unnumzt vid mikit, en
vid erum þó eigi ſkap glíkir um þat, at hönum þikia allir
Iſlendſkir menn: ſva at þeim er eigi vært (*s*) þar: en hann
er í víkíngu hvert ſumar, en þá hann kemr heim, ferr hann
med Xda mann eda tólfta til mín, ok ſkulu allir þeim þióna,
þeir er fyrir eru. Ok munu þeir allir til þín vera ſva (*t*)
6 ílla, at þar er þer at engum koſti vært. Eyiolfr ſvarar: for
vitni er mer á hvörſu þeir láta, ok ertu ſaklauſs, ef þú lætr
uppi viſtina. Hreidarr ſegir: mer er vant vid Bródr minn, er
*ut quidam volunt ab hebraico* ſuphar, *perdidit, conſumſit conf. Græc.* σπεύω, *extendo, produco, tam ob longitudinem quam ob acumen. Variæ ſpecies & & nomina haſtarum vel framearum apud noſtrates majores præcipue hæc ſunt:* Fiadraſpiót, Grettisſaga: Krókaſpiót *ibid.* Málaſpiót, Gislaſurſonarſ. Höggſpiót, *implicite in noſtra hiſtoria* Cap. VIII. v. 3-7-8. Snæris Spiót, Vigaſkutuſ. Cap. XXI. & *in* Eigilsſ. & Rennisſpiót, *quiris, runa Gall. has haſtarum Species difficile eſt diſtingvere, interdum enim confunduntur* Sverd & Spiót, *videre licet apud noſtrum* Cap. XVI. v. 7 & 12. *nempe* Höggſpiót, *quod infra affero, videtur appellatum fuiſſe* Sverd, *videtur tamen veriſimile* Fiadraſpiót *fuiſſe lanceam magnam ancipiti ferro.* Krókaſpiót *quiridem hamatam vid. Bartholini antiquitates.* Málaſpiót *de quo aliquid allatum eſt voce* mál, Höggſpiót *romphæam ſive lanceam ad cædendum aptam.* Snærisſpiót *frameam, pilum, vel jaculum procul emittere aptum.* Rennisſpiót *tragulam, meſanceylon, quo pertinet Virgilii Aclis, in Libr. VII. Æneid. v.* 730, *quod telum amento jaci & revocari potuit, illud autem amentum loreum, Virgilio vocatur lentum flagellum.*

Spordr, *m. cauda piſcis, in Specie* Skialldarſpordr Cap. IV. v. 8. *forte a Gr.* σφυρα *vel* σφυρον, *extremitas pedis, etiam pro imis montium ponitur; Dan. & Norv.* Spor, *Angl.* Sport. *ludum cognatum eſſe poteſt; piſces enim ſemper movent caudam, quod ea inſtar gubernaculi utantur. Præterea haud abſimile eſt Angloſ.* Sprota, *clavus, ſarmentum, Angl.* Sprout, *Island.* Sproti, *transpoſitione literarum, etiam* at ſpretta, *exſilire, per eandem transpoſitionem pertinere poteſt.* Spordr *ſumitur etiam pro extremitate vel fine rei, ut* Brúarſpordr, *finis pontis,* Chriſtn. ſ. Cap. IX. at ſtanda á ſpordi einum, *ſuperare vel debellare vid.* Niála.

Stadfeſta, *f. certa ſedes, domicilium, fundus* Cap. VII. v. 2. *item* Cap. IX. v. 2. *deriv. a.* Stadr, *locus,* feſta, *quod figit vel fixum eſt.*

Stærrum, *Dat. pl. pro* Stærri, *antiquæ formationis* Cap. X. v. 1.

Stafn, *m. indumentum capitis muliebre in Edda, hodie ignotum.* — Stafn göndul *mulieris appellatio* Cap. XXVII. v. 16. *ſtroph. Carm.* 4. *Proprie ſignificat proram vel puppim navis Dan.* Stavn, *cui cognatum* Stafr, *baculus, Dan.* Stav, *Angl* Staff, *quod videtur a Sto, vel ſtipes, ejus enim inſtar in altitudinem ſurgit.* Stafn *etiam denotat parietem domus transverſum, alias* gafl, *qui altiſſimus eſt, ita omnium veſtimentorum indumentum capitis ſummum eſt, nonnullis tamen placet originem deſumere a Gr.* στεγω, *incedo.*

at Standa, *v. n. ſtare* — fyrir einu, Cap. I. var. h. *præeſſe alicui vel procurare aliquid,* ſtanda, *occupare, implere* — Biöd med fiöllum Cap. IX. *v.* 3. *ſtroph.*

*ſtroph. Carm.* 7 & 8. *Vetus Potta apud Snorrium in Olafs Helgaſ.*

Stóþ hríng marar heidi
herfall var þat alla
ellu kind &c. —

Standa einn *poo* hitta *deprehendere*, Ver ſtódum Dyſir Cap. XXVII. v. 18. *ſtroph. Carm.* 1-8. Jonsbok at ſtanda mann, *eodem ſenſu: item Heimskringl. Vita Haraldi pulcricomi.* Cap. XV. Haraldr konúngr drap menn Eriks konúngs, hvar ſem han ſtóð þá: *id eſt, Haraldus rex occidit viros Erici Regis, ubivis eos deprehendebat.*

Stánga, *v. a. arietare* Cap. XXIII. v. 3. — ſpiótum til bana, *proprie de bobus & arietibus, videtur variatum ab* at ſtínga, *pungere: Gr.* στίζω, *pungo,* στιγμα, *punctum.*

Starf, *n.* & Starfi, *m. labor, cura,* Cap. I. v. 8 & 10. *vid. Gloſſ. Synt.*

Stett, *f.* Stettr, *m. vid. ſub* Marſtettar Stikill, *vide* Hnekki ſtikill.

at Stilla, *v. ſedare* — vel ordum ſínum Cap. VI. v. 5-8. *videtur eſſe ab* at ſtanda, *ſtare.*

Stod, *f. Columen, fulcrum,* at kippa ſtod undan rádi eins Cap. VII. v. 8. *fulcrum fortunæ cujus ſurripere, vel ſubducere, vid. vocem ſequentem.*

Stódhroſs, *n. pl. equitium, equi & equæ, quæ ad genus faciendum aluntur, a* ſtá, *ſtare, tale enim equitium ſtat vel manet intactum, & a laboribus immune, unde etiam* Stada *dicitur talis armentorum equinorum conditio, Dan.* Stodhefte, *Equus prolixarius vet. Belg.* Studer *vel* Stuyde *vet. Teut.* Stuyte, *unde Dan.* Stutterie, *Germ.* Stutte, *Alamann* Stutt, *Angl.* Steed, *equa, equus, rarum Island.* Stedda, Staddr var þar á Steddu, *occurrit in Grettiſ. ubi* Stedda *equam notat. Omnia hæc ejusdem cum prioribus originis ſunt, non tamen incommode referri poſſunt ad* Stod, *columna, deſtina, fulcrum, quod bis veluti tibicinibus junctatur equeſtris generis propagatio, conf. Gunnlaugs Sagæ Indicem.* — Stod *autem eſt a verbo* at ſtydia, *ſuſtentare.*

at Stofna, *v. act. conſtituere, inſtituere, deſtinare,* allvænliga ſtofnat Cap. X. v. 9. ſtofna heſtaþíng Cap. XVIII. v. 6. *a verb.* ſtá *vel* ſtanda.

Stokkabúr, *n. promtuarium ex integris trabibus conſtructum, quod ad parietes* Cap. XIV. v. 3. *a* Stockr, *trabs &* búr, *promtuarium, veterarium, penuarium: in genere ſumitur pro quavis æde, in qua res ad oeconomiam pertinentes conſervantur, etiam de cubiculo invenitur* Svefn-búr. *Hodie in Norvegia vocantur* Stabur *ædificia trabibus ſuper columnas exſtructa, in quibus aſſervatur omne genus commeatuum, quæ vox indubie venit a* ſtafr, *columna &* bur, *atque adeo rectius diceretur* Stafbur. *Præcipuus uſus talis ædificii eſt, cibaria a muribus & gliribus defendere. in Glumi* Stockabúr *tale fuerit in ambiguum relinquo, ſed pronior ſum credere, non fuiſſe.* — *In annalibus ſemel mentio fit talis ædificii, hodie non uſurpatur nobis,*

*nobis, niſi de cella penuaria, Dan.* Fuglebuur, *& Belg.* Fogelbuer, *aviarium, Angl.* Bower, Boure, *umbraculum e virentibus ramis,* Bouron *Gallis & Belgis eſt caſa, tugurium. Angloſ.* Byre *ſunt magalia, &* Búr *cubiculum, conclove. A* Búr *ortum eſt Gall.* Bureau, *camera. Quæ omnia videntur ab* at búa, *habitare, & ab* bú, *oeconomia, Domicilium, de quo conf. Gloſſ. Synt. voce Junius contulit Gr.* βυριον, *quod Heſycio exponitur* οικημα *domicilium. Burica apud Freſneum eſt caſa frondea, ſcena, tabernaculum.*

Styrimeidar, *m. ad verbum, gubernantes arbores* Cap. XXVII. v. 16. *ſtroph. Carm.* 2-3. *de* Styri *in hac appellatione idem cenſendum eſt, quod de* Beidi *in* Beidihlöck, *quod vid. ſupra, item* Stod *&* Bordaſtod.

Sua, *conjunct. pro* ſuo *vel* ſo Cap. XI. v. 5. *& hæ ſcriptio conſtanter obtinet per totum librum.*

at Svara, *v. act* — fyrir einn, *defendere quem in judicio* Cap. VII. v 3. *vel reſpondere pro aliquo. hinc Dan.* at forſvare ſin Sag, *item* Forſvar, *nobis,* forſvarar madr, *Procurator, defenſor, advocatus.*

Sveit, *f. claſſis, cobors, caterva.* Geinguz menn at ſveitum Cap. XIII. v. 1. *i. e. — catervatim.*

Svell, *n. Glacies.* Dreyraſvell Cap. XXVII. v. 18. *ſtroph. Carm.* 6. *a* Svalr, *gelidus ipſe autem* ſvalr *a Lat. Gelu, vid.* Dreyri.

Sverd, *n. enſis, gladius, Dan.* Sværd, *Angloſax* Sveord, *Angl.* Sword, *Belg.* Sweerd, *Alm.* Svuert. *Nonnullis a* σιδηρος, *ferrum. adde Gr.* ξυρος, *acutus &* ξυρα, *novacula.* Sverd *eſt Synonymum tou* Spiót *apud noſtrum authorem* Cap. XVI. v. 8 & 12.

at Svimra, *v. n.* (Svima, Svíma) *vertigine corripi vel in eam agi.* Cap. X. v. 17. *prima lectio eſt cæteris varior.* at Svífa, *agitari lenie, cognatum eſt videndum in* Hungrvakæ *Indice; item* at Sveima, *natare, fluctuare. Gr.* σοβαρος *eſt concitatus, mobilis, a* σοβεω, *agito.*

## T.

at Taka, *v. act. ſumere, capere.* — af mikinn (edr lítinn) um (vid) einn. Cap. III. v. 4. *decretorie, definite loqui, alias præciſe negare vel abnuere.* — Taka út, *extendere ſe ad* — Fiöllinn Cap. IX. v. 1. *Lat. Tago, pro Tango; Gr.* δεχομαι.

Takaz *confieri, ad effectum venire vel perduci, de nuptiis.* Cap. XI. v. 16. 17. *Lat.* ταγω, *Tango.*

at Tiá, *v. act. dare, præbere, exhibere, oſtendere,* hann tiár málit fyri hönum, *differit cauſam coram illo, apud eum perorat,* Cap XI. v. 2. tiár *contractum ex* tiáir *vid.* tióa þat tiáir, *dat ſe, procedit.* Cap. XXVII. v. 17. *ſtroph Carm.* 3.

Tídindi, *n. pl. eventa, rumores, res novæ.* Tídinda ſögn, *horum narratio*

*vel*

*vel relatio* Cap. III. v. 3. at frelſa ſig um tídinda ſögn vid einn: *videtur etiam* Tíd *quaſi hiſtoria rerum in tempore geſtarum vel accidentium, Germ.* Zeitung.

Tilbeini, *m. promotio, auxilium, Dan.* Befordring. Cap. II. v. 2. *a* beinn, *rectus, a* beina, *dirigere.*

at Tióa, *v. impersón.* Cap. XXI. v. 5. *item* Cap. XXVI. v. 3. þat tióar, *prodeſt, ſuppetit, expedit, ab verb.* at tiá, *præbere, exhibere, vid. ſupr.*

Tó, *f. ceſpes herbidus in loco præruptо*, Cap. XVI. v. 10. *illi cognata ſunt Gall.* Touſe, *& Germ.* Zopf, *Cyrrus. Origo vocis petenda videtur a verbo* at toga, tygia, *ducere, ductare, protrahere: vel ab* at tiá, *præbere, protendere, porrigere.*

Tötrabaſſi, *m.* Cap. III. v. 4. *var. q. veſtis lacera, tribonium, &* baſſi.

Tólftarqvidr, *m.* Cap. XVII. v. 6. *ubi occurris*, at ſækia Tólftarqvid ad þeim fedgum. *Conf.* Cap. XVIII. v. 1. 2. *de quo* Grágás *ita:* „Ef madr hefir „XII qvidar qvadt, oc ſkal Godi „nemna þridiúngs menn ſína til „qvidar þeſs meþ ſer, oc er hanom „rett, huarz þeir eru böndr, eda „gripmenn: hann ſcal gánga til „dóms, oc bióda þeim manni til „hrudníngar, er qvaddi hann XII „qviþar, oc ſegia hanom huar hann „hefir ſamanſettan qviþinn, oc hann „á ſva at hryþia XII-qvid ſem dóm. „Enn ef þeir verda eigi áſáttir, hvern „qviþ þeir ſcolo bera, þá ſcolo þeir „ráþa, er fleyri ero ſaman; enn ef „þeir ero jammargir, þá ſkulo þeir „þan bera, er Goþinn vill: ef ſú „ſök kemr á hendr Godanum, er „XII qviþr komr til. Nú á hann „at nefna qviþ um ſiálfan ſic, enn „Söciandi ſcal beida ſamþings Goda „hans, þann þeirra ſem hann vill, „ef þeir ero bádir jamnrettir at teng„dum, enn þann þeirra ella, er ret„tari er, at bera qvid fram; enn þeir „ſcolo gánga til dóms oc vinna þar „eid, enn Godi ſcal framtelia þann „qviþ, er þeir XI verda áſattir; Ef „Godi hefir þá ſök á mót þridiúngs „manni ſínum, er XII qviþr á um „at ſkilia, han ſkal þar þridiúngs „menn ſína XI til qvedia, at retta qviþ „þann, enn þeir ſculo tilgánga XI. „at retta qvid þan med ſer, oc ſculo „þeir ráda, er fleiri ero ſaman, ef „ídeilir med þeim, enn Godi ſkal „framtelia qviþ þann, er þeir urdo „áſáttir adrir enn hann. Ef Goþi „helldr XII qviþ, þá verdr Goþi út„lægr um þat, oc or goþordi ſíno.“ *i. e. Siquis teſtimonium XII virorum petierit, pontifex e ſuæ trientis incolis nominatim deſignit viros ad id teſtimonium una ſecum ferendum: & recte deſignat, ſive ſint coloni, ſive operarii: ille deſignato XI viros præter ſemet ipſum, pontifex ad judicium accedat, & invitet hominem, qui teſtimonium duodeniarum ab eo poſtulavit, ad exceptionem faciendam contra evocatorum teſtium habilitatem, atque ei indicet,*

*dicet, ubi evocatorum conceſſum collocaverit, atque ille (litigans) eodem modo facere debet, exceptionem contra evocatos teſtes, ſicuti contra aſſeſſores judicii fieri ſolet, ſi evocati in ſuo teſtimonio diſcrepant, eorum teſtimonium valeat, cui plures idem teſtantur; quod ſi numero pares ſint, (qui in teſtimonio deſſentiunt) ferant teſtimonium, quod Pontifex jubet (eorum ſententia prævaleat, in quorum ſententia pontifex eſt) ſi lis instituitur Pontifici, ad quam teſtimonium duodenarium requiritur, cum teſtimonium Pontifex evocatorum deſignare debet de ſe ipſo, Actor autem poſtulare debet a Pontificibus collegis ejus ab utrolibet eorum velit, ſi ambo æque habiles ſint reſpectu neceſſitudinis, at cæterum ab eo, qui magis habilis eſt, ut proferant teſtimonium. Evocati autem accedant judicium, atque ibi jusjurandum præſtent, Pontifex vero recitet teſtimonium, in quo illi undecim concordent, ſi Pontifex ipſe trientis ſuæ civem expoſtulat ea de cauſa, quam teſtimonium duodenum decidere debet, ſuæ trientis civibus XI indicat, ut id teſtimonium præbeant, illi autem accedant undecim, ad id teſtimonium inter ſe concorditer proferendum, eorum teſtimonium valeat, qui plures conſentiunt, ſi diſcordia inter illos exſtiterit. Pontifex autem recitet teſtimonium, in quo conſenſerunt cæteri præter eum ipſum. Si Pontifex detrectat deſignare teſtes in judicium duodenum, mulctam luat, & a Pontificatu ſuo removeatur. E collatione hujus loci in* Gragaſa, *cum* Jonsb, *in* Diófab. Cap. XIX. *patet, quid interſit inter* Tólftarqvid *&* Tylftareid, *in priori juramentum veritatis & aſſertorium locum habuit, in poſteriori autem juramentum credulitatis obtinet.*

Tólfmenníngr, *m.* Cap. IV. v. 1. *Dodecas commiſſantium ſive ſibi invicem propinantium. Cum vero nullibi alia fiat menſio, quod ſciam, de hoc duodeno conſeſſu, magna mihi ſuſpicio eſt legendum in textu eſſe* Tvímenníngr, *de quo conferri poſſunt* Egilsſ. Cap. XLVIII. Kormaksſ. Cap. XIX. *cujus Locus allatus eſt ſub* Dálkr, *&* Snorrius *in* Ynglínga Saga *vita* Ingialldi *Malifici. Eſt autem* at drekka tvímenning, *bibere per paria. i. e. cum duo, numerum unus cum altero plerumque e regione oppoſita, conbibebant, talis compotatio etiam fertur vocata fuiſſe* Hialtadrykkia, *cujus denominationis ratio non liquet.*

Tortryggr, *adj.* Cap. XXVIII v. 2. Tor, *Partic. difficultas quibusdam videtur eſſe a Gr.* δυς. tryggr, *credulus, non eſt vulgare,* veria madr ſva tryggr *&c.*

Totabaſſi *vid.* Tötrabaſſi. Toti *videtur eſſe idem ac Germ.* Zotte, *villus; & alluſio ſit ad togam birſutam, in qua Eyolfus erat,* baſſi *adhuc dicitur Urſus ruſticis Norvegis.*

Tre-in, *n. pl. arbores, ligna* Cap. III. v. 3. *unde contractum* Tren *uſitatius. Gr.* δρυς, δρυος, *arbor, conferri poteſt.*

Tröd,

Tröd, Cap. XXI. v. 10. *ſtroph. Carm.* 4. *proprie eſt via calcata*, af Tröd, *ex vel in via*, *ibid. in* Niála Cap. LXXVIII. *hujus vocis mentio fit, ubi viam tritam & forte ſeptam denotare videtur, ab* at troda, *terere.*

Tryni, *n. roſtrum* Cap. III. v. 13. *Gr.* ῥὶν, *naſus.*

Tún, *n.* Cap. VII. v. . *area prati ſtercorati circumſepta. Germ.* Zaun. *ſeptum. ab Gr.* ζωννυω, *cingo.*

Tylliſök, *f* Cap. XXII. v. 6. *futilis vel frivola accuſatio: ab* at tylla, *in altum tollere vel erigere ſuper inſtabili fundamento.*

Tyrr, *m. Deus.* Hángatyrr, *Deus ſuſpenſorum, Odini nomen* Cap. XXVII. v. 18. *ſtroph. Carm.* 2. Hángr *vel* Háng *ſuſpenſus, penſilis, ab* hár *altus.* Tyrr *ab* at tiá, *opem ferre vid. ſupra ſuo loco.*

## U. V.

Vádmeidr, *n.* Cap. XXVI. v. 6. *ab* Vád *vel* Vod, *Pannus. Gr.* πηνος, *tela, textum &* meidr, *arbor, Palus, contus, quod a materia, vid.* Vigaſkutſ.

Vagn, *m.* Cap. XXIII. *vehiculum. Dan.* Vogn, *Germ.* Wagen *ab* at vega, *portare, vehere.* Vögur, *f. habent eandem derivationem*: Vagn á himni, *Sidus cæleſte, latine Triones Urſæ. — Vehiculorum priſcus uſus in Islandia occurrit nonnunquam in hiſtoriis noſtratium; ut in* Droplogu Saga, Niála, Orms Storolfsſonarſ, Gunnar Kelldugnupsfiflſ, Landnamabok *&c.* vinir vagna. Cap. XBI. v. 10. *ſtroph. Carm.* 7. *videntur eſſe Dii, ſpeciatim Thorus & Odinus, quorum prior in rheda vehi ſolebat: fieri tamen poteſt, ut to* Vagna *hic noſet in Gen. plur. armorum*: *Certe* Vapn *pro* Vokn, *arma dixerunt recentiores Noſtrates; at una vocalis pro alia ex regulis Eddicis ſubſtitui poteſt. Item* þ & k *conſonæ ſibi mutuo ſubſtitui inveniuntur: Hinc* Vagnavinir *forent amici armorum ſive bellatores, ſeu Dii, quorum intererat pugnas & ſtrages fieri. numeri Einheriorum augendi gratia* Vagnarunni *appellatur Egillus in poemate Egilli, quod* Sonartorrek *dicitur.*

Vakat, *v. ego non dimicavi, compoſitum a* Va ek & at, *prima præſent. eſt,* ek veg, *vibro, in altum tollo* Cap. XXV. v. 6.

Valþögnir, *m. videtur eſſe Odinus* Cap. XXVI. v. 11. *ſtroph. Carm.* 5. *alias* Valþögn *eſt pugnæ vocabulum, quæ vox tamen genitivum facere deberet* Valþagnar. Valþögnir *ad verbum eſt Stragis Particeps, quaſi ſtragem accipiens.* Valþögn *verbo tenus eſt Stragis ſilentium vel cædes.*

Vandhæfr, *adj. difficilis ad habendum vel tuendum domi, cum periculo alendus* Cap. XIV. v. 6. *ab* at haſa *pro* halda, *ſuſtinere, vox rariſſime obvia hoc ſenſu.*

Vandi, *m. neceſſitudo, obligatio,* oſs er vandi á mikill Cap. VIII. v. 13. *item* Cap. XVI. v. 3. *ſignificat etiam difficultatem, diſcrimen.* nú er á vandi

nockr Cap. XI. v. 13. *inde* vant n. adj. a m. vandr, *difficilis, intricatus, perplexus, ambiguus, tortuosus* Cap. XXII. v. 5. *forsan ab at* vinda, *torquere, funis, qui a Græc.* πονερος, *malus vel* πονος, *labor derivent.*

Vandill *vid.* Vöndr.

Vandrædi, n. *in plural. fere usitatum, res implicita, ambigua, turba, discrimen:* at eiga at fæta um vandrædi Cap. XXI. v. 5. *vid. mox ante* vandi & at fæta *supra.*

Verarefni, Cap. XV. v. 2. *var. lect.* Varar, *est variatio flexionis in gignendi casu: a* Vara, *merx, mercimonium, res promercalis, unde & Quidam dictos volunt* Varar-felldi, *vid.* at veria.

Vargr, m. Cap. XVI. v. 10. *forte a Gr.* αγριος, *sylvestris, ferus, aut ab Græc.* αργος, *vagus, vide Fulgentium Planciadem in Mythologia Lib. I. Neqve Gr.* αρκεω, *arceo, propello, præterendum est. Vargus etiam apud Latinos sequiores invenitur de Latrone, aut homine proscripto.*

Varkat, *v. ego non fui.* Cap. XXV. v. 6. *Compositum a* Var ek & at. *prima præs.* ek er, *præt.* ek var.

Vararskíd *videtur esse appellatio navis* Cap. XXVI. v. 11. *stroph. Carm.* 6. Vörr, *portus item mare, ejus* Skíd, *asser cursorius, Sylosolea, navis. Nov.* Ostie. Vararskíd *alias hoc loco videri posset per se lingvam denotare, circumstantiis rei convenienter, sed ista tamen acceptio non conciliatur cum cæteris strophis quo ad sensum illius hæmistygii.* — Vörr *etiam denotat labrum, ab* at veria, *cingere.* Vörr, *portus cum Gr.* ουρος *conferri potest.*

Vaundr, m. *virga, ejus* Vedrstafir *viri poëtice* Cap. XXVI. v. 11. *str. Carm.* 3. 4. *var. i. Las. vimen &* vio *cum* Vaundr *aliquid cognationis videtur habere. — hinc diminut. esse potest* Vandill, *quasi* Vavndull, *alias* Vaundall *est fasciculus, manipulus, præterea* Vandill *est nomen prop. Regis maritimi, ejus* Jarlar *piratæ ibid. vid.* Jarl. *Priori exceptioni* Vidris vaundull *hastam vel hastas denotaret.*

Vedr, n. *aër, aura, item procella,* Vedrstafr vidris, *virorum appellatio poëtica* Cap. XXVI. v. 11. *stroph. Carm.* 3. *Las. aer.*

Veggr, n. *paries, agger, cognata vox huic posteriori sc. agger:* Klambrar veggr Cap. XXIV. v. 10. *de etymo vocis* Klambrar *ita ad me scripsit summe venerabilis Episcopus H. Finnæus die* 3 *Apr.* 1780.

„Klambrar Smídi, er her sunnan-
„lands almennilegt ord uppá þat
„sem er sterkligt, mikilfeingt at sión,
„enn þó ótrauft þegar á á at reyna,
„Klömbruligt kallast þat, sem solei-
„dis er háttad, og Klömbru eda
„Klambrarveggr, er *rudis. indigesta-*
„*que moles, sed quæ videtur compressa,*
„*minime duratura.* Því er klambrad
„saman: er og her almennilegt orda
„tiltæki um gróft, sterkligt, enn þó
„svikult eda ótraust smídi. her af
„slutta eg, ad Klömbrur hafi hiá oss

þydt,

„Þydt bædi Þat almenna *Inſtrumen-*
„*tum fabrile*, og líka *ſpecialiter* Þat
„ſama ſem Þyſkra Klammern, blin-
„díngar, *ſubſcus*, *epigrus*, og ſe í ſiál-
„fu ſer allt ſama ordit, og ſömu *ori-*
„*ginis*. Klammer Þyſkra og ockar
„klambrar er *ſono & ſenſu idem*,
„Þvi *labialis* b og m. kunna aud-
„velldliga at *alternera*, ſo ſem: Tumm,
„ Dumbi, Dymbill, Dumbuleitur &c.
„Gimmer, Gimbur, Gimbell. Um
„*Præpoſitio* heitir á gamla Þydſku
„umb, og ótal annat ſlíkt, ſem upp
„mætti telia. — *Origo vocis* er án
„efa Þad Angelſaxiſka Clam, *vincu-*
„*lum*; clammas *idem*. Hvar med ke-
„mr yfir eins Þad Saxiſka *Klam*, *arc-*
„*tus*. og af Þeſſu dregit Þyſkra og
„Danſkra klemmen, at klemme, *pre-*
„*mere*, *coarctare*, og Svenſka at klæm-
„ma *idem*."

„Hollendſkir hafa Þeirra *klemme*, *de-*
„*cipula*, *tranſenna*, ſem áſamt ockar
„Islendſkra Klambrar er allt ad min-
„ni meiníng ſömu ættar, af Þeim Sa-
„xiſka Stofni *Klam*, *arctus*. — *huc*
„*pertinet morbus equorum* Klumſa."

*i. e.* Klambrarſmídi *hic in noſtra auſtrali provincia uſitatum eſt verbum de eo, quod ſpecie firmum & grande eſt, verum tamen in uſu infirmum.* Krömbruligt *dicitur, quod ita comparatum eſt;* & klömbru *vel* klambrar-veggr *eſt rudis indigeſtaque moles, ſed quæ videtur compreſſa minime duratura*, Því er klambrat ſaman, *eſt etiam apud nos vulgata phraſis de rudi & ad adſpectum firmo, verum tamen (reapſe) infido ſive infirmo opificio, hinc colligo:* Klömbrur *apud nos ſignificaſſe tum vulgatum illud inſtrumentum fabrile, tum ſpecialiter idem ac Germanorum* Klammer. Blindíngar (*Claves cæci*) *Subſcus, Epigrus, & revera eſſe eandem vocem & ejusdem originis Germanorum* Klammern, *& noſtrum* Klambrar *ſono & ſenſu idem, nam labialis* b *&* m *facile poſſunt alternare, ut* Dumm, Dumbi, Dymbill, Dumbuleitr, *Dan.* Gimmer, Gimbur, Gimbill. — *Præpoſitio* um *veteri lingva Germanica eſt* umb, *& innumera talia, quæ recenſeri poſſent: Origo vocis ſine dubio eſt Angloſax.* Clam, *vinculum*, clammas *idem (ungves, harpagines, retinacula, vincula, interpr. Edwardo Lye apud Junium)*, *quocum convenit Saxonicum* clam, *arctus. & ex hoc ductum eſt Germanor. & Danor.* Klemmen, at klemme, *premere, coarctare, & Svecorum* at klæmma *idem. Belgæ quoque habent ſuum* klemme, *decipulæ, tranſenna, quod una cum noſtr. Islandorum* klambrar *ejusdem, ut opinor, familiæ eſt, nempe e radice Saxonica* clam, *arctus: huc pertinet morbus equorum* klumſa, *(quo os iis comprimitur, ut id aperiri nequeat) hactenus laudatus Epiſcopus: unde tamen nondum patet, quid præciſe intellectum velit per* Klambravegg *in noſtr. hiſtoria. — Magni Olavii Nomophylacis Sententia de re* Klambrarveggr,

*ex literis ejus ad me dat.* 16 *Apr.* 1780. *hæc eſt:*

„Klambrar-veggr helld eg hafi ve-
„rit ſú Fylkíng ſem Glúmr forme-
„radi, ſem annars kallaz vída í Sö-
„gum Svínfylkíng, hiá Romerne
„*acies cornuta*, hver alteins var ſkö-
„pud og klambrar Hnavs edr tri-
„angel, því fyrſtr í broddi fylkín-
„gar geck Glúmr ſiálfr, ſidan 2
„næſt hönum, og hefr þá fylkín-
„gin alltíd ſkotid ſer út, og hver
„raud fiölgad um einn mann ap-
„tr eptir henni, ſo lengi menn Glúms
„endtuſt þar til. — þeſſi þríhyrnda
„fylkíng klavf ſem rekinn fleigr,
„og ſpenti i ſundr þá þraung,
„um hverja ádr mátti ei nema einn
„í ſenn gánga til dómſins edr þeſs
„ſtadar, ſem Dómendr ſátu; enn
„med þeſſu Stratagemati þreyngdi
„Glúmr ſer med allann ſinn flock
„i ſenn midt inn í dómhríinginn, og
„hleypti þar med Dóminum upp
„um hríd, hvad hinir vildu hón-
„um varnat hafa, og gátu ſó ei
„fyrr enn í ótíma ſett dóminn aptr,
„þar fylkíngu Glúms var ei aud-
„vellt at riúfa á ſvipſtundu, ſem ſo
„*apte* var innrettud og vel laugud
„til mótvarnar."

*i. e.* Klambrar-veggr *fuit, ut puto, acies illa, quam Glumus formabat, qualis alias paſſim in hiſtoriis appellatur* Svínfylkíng, *apud Romanos* acies cornuta, *quæ formata erat in modum* Klambrar-hnauſi (*obturamenti vel cunei klambrarum*) *ſive trianguli: primus enim in fronte aciei ibat Glumus ipſe, deinde duo illi proximi, quo modo agmen continuo in latitudinem ſe extendiſſe credibile eſt, & quemvis ordinem unius viri numero auctum fuiſſe poſteriorem partem verſus, quamdiu numerus militum Glumi ſuppetebat. Hoc triangulum hocce agmen findebat ceu adactus cuneus, & diſtendebat arctum illud ſeptum, per quod antea non potuit niſi unus ſigillatim ire ad judicium, ubi judices ſedebant, hoc autem ſtratagemate Glumus tranſitum ſibi cum toto ſuo agmine ſimul usque in medium circulum judicii molitus eſt, atque ita conceſſum judicum diſturbavit, quod ei probibere conati erant adverſarii, at ideo non potuerunt niſi intempeſtive conceſſum judicum reſtituere, quoniam agmen Glumi in momento temporis rumpere non erat facile, quod tam apte erat diſpoſitum & accommodatum ad reſiſtendum. — hactenus Ille, cujus ſententia ſi admittatur, verbum* mun gánga *exponendum foret, penetrabit.*

*Ego per* Klambrarvegg *intelligendum puto ordines adverſariorum, qui utrinque includebant anguſtum illum tranſitum* (Kvíarnar) *quo Glumus ad judicium ire debuit: Rationem hujus meæ ſententiæ pro meo tenui captu dare conabor*: Klambrar *Genitiv. ſing. eſt hoc loco, cujus Nominativ. foret* Klambra *vel potius* Klömbur, *at voce hæc in ſingulari parum uſitata eſt nobis,*

*in*

*in plurali vero* Klömbrur *pervulgatum eſt nomen, quod proprie notat Inſtrumentum fabrile, quo fabri imprimis ferrarii utuntur ad res minores fabriles continendas, dum lima expoliuntur. — Inſtrumentum eſt bifidum, in medio craſſius & ventrioſum introrſum in ea parte, qua axe compinguntur brachia ejus, ſeu duo illa ligilla, e quibus primario compoſitum eſt; ab utraque parte furcatum eſt, ſed furca poſterior eſt latior anteriore, quando autem Inſtrumentum ad ſuum uſum applicatur, res fabrilis vel limanda in anteriorem & minorem furcam* (Klambrarkiaptinn, *os retinaculi ſ. forcipis*) *inſeritur, quæ ut fixa hæreat, in poſteriorem furcam intruditur* Klambrarhnauſin, (*ad verbum gleba forcipis, magis Latine Cuneus, ligillum figuram trianguli repræſentans,*) *Cuneus ille pro craſſitia rei limandæ longius vel brevius penetrat furcam; nempe longius, ſi res tenuis limanda ſit, & contra brevius, ſi craſſa. Hac definitione præmiſſa, fiat applicatio ad rem præſentem hoc modo: Glumus ordines adverſariorum utrinque obſepientes aditum judicii allegorice vocavit* Klambrar Vegg, *aggerem retinaculi, ſive ut verſio mea habet, brachia forcipis;* Klambrar *ideo, quod retinaculi inſtar eum continere & comprimere debebant ordines iſti;* Vegg *autem ideo, quod denſi erant & conferti illi ordines. — Dicimus etiam hodie de re denſa & firma:* Þat er Þiett og faſt ſem veggr, ɔ: *denſum & firmum eſt, tanquam agger. — Quamvis autem Glumus non conceptis verbis ſe & ſuum agmen, ita ut ille ordinaverat,* Klambrarhnaus ɔ: *Cunei nomine non inſigniat, tamen ita intelligi vult vel intelligendus eſt re ipſa, dum agmen ſuum ad modum cunei format, & hoc ſenſu fit allegoria Glumi multo elegantior & aptior, quam in prius allato ſenſu, etſi acuto & ingenioſo. Quodſi qvis objicere velit,* Vegr *hic in ſingulari poni, atque adeo non recte applicari poſſe ad duos ordines, id nihil eſt, nam collective loqvitur Glumus, dum indefinite alterum brachium ponit, utrumque intelligens. —* Klömbr, *etiam ſi in ſingulari efferretur ex duobus brachiis conſtat, & non eſt* Klömbur *niſi ea habeat. Præterea in genere notum eſt veteres, prout circumſtantiæ tuleruns, & interdum pro lubitu numeros variaſſe Singul. pro Plural. & vice verſa. —* Klömbur *in verſione de induſtria dedi per Forcipem duplici ex ratione.*

*Una eſt, qvod inſtrumentum hoc ſuperius a me deſcriptum etſi omni modo forcipis formam non habeat, forcipis tamen uſum, continet enim rem inter limandum tanqvam forceps ferrum inter cudendum, (& ubi* Klömbur *ad manus non eſt, ejus loco* Taung, *qvod mihi vocare liceat Tenaculum a teneudo, a fabris ad uſum applicatur, unde* Taung *derivata eſt) altera ratio eſt, qvod Forceps Latinis dicta eſt,*

certa

*certa aciei ſpecies, illi, de qva hic agitur, haud abſimilis: ut autem ii, qvibus hoc fortaſſe inſtrumentum videndi copia non fuit, melius intelligant, qvæ ſcripſi, de eo tam proprie qvam improprie accepto haud abs re viſum eſt figuram ejus pictam hic adjicere.*

a a *deſignat brachia ſive crura Klambrarum.* b. *Axem.* c. Klambrarhnaus *vel cuneum,* & d. *opificium limandum. Pro hoc inſtrumento in uſu eſt apud exteros aliud figuræ inſtrumentum, qvod vocatur Dan.* Skrue ſtikke, *Germ.* Schraubſtock.

Vegligr, *adj. venerabilis, Dan.* ærværdig, *gravis* Cap. VI. v. 2. *a* vegr, *m. honor, dignitas* Cap. VI. v. 1. & ligr *terminat* Vegr: *ſenſu proprio & primario videtur eſſe Pondus, Dan.* Vægt.

at Veita, *v. a.* — einum eitt, giöra nockut fyrir eins bæn; þat er veitanda (*gerund.* & *gen.*) vinum ſínum Cap. IV. v. 6. Veita einum ágang. Cap. VII. v. 3. Veita högg. Cap. XXII. v. 17. Veita banaſár. Cap. XXIII. v. 9. Veit mer þat, at þú gángir til fángs o: *hodierna locutione,* gerdu þat fyrir mik, *hoc fac in meam gratiam.*

mig Ventir, *v. Imperſ. exſpectatio mihi ſupereſt* Cap. IX. v. 16. *ab* ek vænti, *ſpero.*

at Verda til, *v. n. ſubaud.* at 'giöra einn hlut, *exiſtere, incipere, aggredi, occupare, affectare, audere,* Cap. III. v. 15. at verda vid & vid at verda, *ad aliquid hoc vel illo modo ſe præbere, exhibere, affici* Cap. VII. v. 13. ecki er enn þat adordit, at eigi meigi vel verda Cap. VIII. v. 6. Verda, *ab* at vera, *eſſe.*

Verdgeta, *f. præbitio cænæ vel cibi* Cap. XII. v. 5. a verdr, *cibus vel victus,* & at geta, *præbere.* Erá verd-getum var vandliga ſagt *ubi de dapibus ipſis videtur adhiberi* Foſtbrædra Saga Cap. *de cæde* Butraldii. Verdr, *victus, alias* Viſt, *ab* at vera, *eſſe.*

at Veria, *v. a. Dan.* forhandle, ſyniz vel varit vera, Cap. XV. v. 2. XIV. v. 11. *videtur proprie eſſe merces mercibus permutare, ab* at veria, *verſare metaphorico ſenſu inde ſumto, qvod ad verbum denotat probibere, fortaſſe tamen* at veria *in vendendi ſignificatu referendum ſit ad Græc.* πορεω, *qvod etſi hodie non inveniatur in lexicis, tamen ibi ſupereſt in compoſito* εμπορεω, *negotior, mercaturam facio.*

Verknadr, *m. pro* vinna, *opera demoſtica, Dan.* Tieneſte. Cap. VII. v. 3. *a* Verk, *opus.* at taka verknat Cap. Cap. XIII v. 4.

Verkſtióri, *m.* Cap. XIII. v. 6. *hodie vocari ſolet,* Rádsmadr, *Dan* Ladefoget. Stióri *ab* at ſtyra, *gubernare,* & verk, *opera. vid. mox ante.*

Verrgeta, *f.* íll tilgáta *conjectura vel præſumtio in pejorem partem.* eigi mun þetta ráda verrgetum þínum Cap. XII v. 5. *a* Verr, *pejus* & Geta *pro* Gáta, *Conjectura, Suſpicio. Noſtr.* verri & *Lat. pejor cognata ſunt.*

Veſl,

Veſl, *n.* hann hafdi Veſl yfir ſer tvíſkipt hvítt og ſvart Cap. XVI. v. 7. *De hac voce mihi ſententiam ſuam communicavit per literas Anno* 1778. *datas, vir doctus & ingenioſus Toparcha Mulenſis præfecturæ emeritus H. Wium.*

„Veſl *propter Euphoniam ſic dic-*
„*tum, reſpectu ſui Etymi* Verſl *ſcri-*
„*bendum eſt. — Eſt enim Terminus*
„*tecb: quo uſus, ut ſpero, veſtimenti*
„*eo modo confecti monſtratur, a Verto*
„*originem trahens, eo quippe inverſo*
„*induere ſe poruerunt utentes. Et hinc*
„tuíſkipt *reſpectu ſui uſus dicitur, id*
„*quod hic latine reddi poteſt, bifariam*
„*mutabile, nam utrumque ejus latus,*
„*quod diverſo erat colore, circumſtan-*
„*tiis hanc vel illam formam exigenti-*
„*bus, obviantibus pro lubitu, obverti*
„*potuit. — Ejusmodi veſtimentis ſe in-*
„*duere ſolebant Sicarii, inſidias ſtruc-*
„*turi, rei, fugientes, biſtriones &c.*
„*qui ſuas perſonas latitare voluerunt,*
„*quo circa formas ſuarum perſona-*
„*rum & indumentorum variis modis*
„*formare iis valde uſitatum erat. —*
„*Dant exempla Gretterus. Ogmundus*
„*Dittius, Thormodus Kolbrunarſkall-*
„*dus, Krokarefus, Gunnarus Hlida-*
„*rendenſis, biſtrio Nicolaus* (leikari)
„*Stirkarus ſub vexillis Haraldi Re-*
„*gis in Anglia militans, & multi*
„*alii.*“

*Hic addi poteſt, ex* Olafs Saga Triggv. ſ.: Reas ſelldi Olaf Tryggvaſon fyrir eitt Veſl edr Slagníng. *i. e. Reas vendidit Olaum Tryggvæſonium pro* Veſl, *vel* Slagníng; *item ex* Noregs Konongs Sögu. Sigurdr Ullſtreingr var ſva klæddr, hann hafdi blá t Veſl yfir ſier, ɔ: *Sigurdus Ullſtreingr cærelio* Veſli *ſuper cætera veſtimenta erat indutus.* Veſl *in Eddæ part.* 4ta *idem eſſe videtur. Conferri poteſt* Sverrirs Saga Cap. XC. *ubi occurrit:* Hálfſciptr Kyrtill hvítr oc raudr, *ubi to* Hálfſciptr *fieri poteſt, ut idem ſit ac* tvíſciptr. Veſl *ergo videtur hoc ſenſu eſſe* Cappa *vel cuculla, pro lubitu verſabilis, Dan.* Vendekaabe. *Cæterum facile derivari poteſt ab* at veria, *conſervare, quia quaſi extremum veſtimentum interiores veſtes conſervat. eſt, qui ab* at veria, *cingere, circumdare* Veſl *derivatum velit, totum corpus laxo ſuo ambitu cinget & circumdat, ut dictum ſit quaſi* Verſl, *& inde per Euphonium* Veſl.

at Vetta (at Vætta) *pro* vænta, *ſperare* Cap. IX. v. 8.

U-farnadr, Cap. 19. v. 13. *infortunitas, incommodum ab* u, *non &* farnadr, *proceſſus, ſucceſſus.*

U-frærr, *adj. infertilis, quaſi Semente* (*Segete*) *deſtitutus* Cap. VII. v. 6. *a privativ.* u *&* frærr, *alias* friórr, *ferax, fœcundus,* af frió *vel* fræ *ſemen. Dan.* Frøe, *conf.* frie, *recens editum ſemen piſcium, ranarum. Gothis* fraiw, *ſemen, quod omne videtur a Gr. & Lat. fero.*

ek Uggi, *metuo, ſuſpicor* Cap. III. v. 15. oga *vel* ægia, *terrere.*

Vid, *præp. adverſus*, vid at mæla, *obloqui* Cap. I. v. 8. vid at nema Cap. II. v. 7. at nema vid, *obſtare.*

Vidbiörn, *m.* Cap. III. v. 16. *a* Vidr, *materia, Sylva,* & Biörn, *urſus.*

at Vidleikaſt, *verb. dep. reciproc* Cap. XIX. v. 11. *Contendere inter ſe: a præpoſ.* Vid, *adverſus* & at leika, *ludere.*

Vidr, *m. ſimpliciter in appellationibus virorum adhibetur ut ſuppoſitum, rationem vide in* Elldvidr.

Vidrir, *m. Odini nomen, qvaſi victor ab* at vida *pro* vinna, *vincere. ejus* Vedr *procella, prælium, hujus* ſtafr *columna* ɔ: *bellatores,* & *viri ſimpliciter* Cap. XXVI v 11. *ſtroph. Carm* 3.

Vidvært, *manendi facultas, manere tutum* Cap. III. v. 9. *neutr. adject. parum uſitati in cæteris generibus, qvaſi* vidverandi, *tolerabile, durabile: a præpoſitione* vid, *apud* & vera, *manere, qviescere.*

Vígmódr, *adj.* Oſyniur Vígmódar. Cap. XX. v. 10. *ſtroph. Carm.* 5-8. Módr *hic pro* Módugr, *animo incitatus vel vehemens.* Víg, *cædes, pugna.*

at Víkia, *v.* — til vid einn, *mentionem movere apud aliqvem, ut qvid faciat* Cap. XI. v. 2. *ſubaud. in tali phraſi nomen* máli *vel* ordum, & víkia *hic notat active, flectere, applicare.*

Víkingr, *m. hic pro* Berſerko *ponitur* Cap. IV. v. 4. *vide commentationem* Gunnlavgs Sagæ *ſubjectam de* Víkingr & Víking §. 4. *ubi* Víkingr *ponitur v. a.* Víg, *bellum, cædes vel certius ut author Commentationis ait a* Vík *v.* Víg, *manſio, ſtatio; nobis* Vígi, *Statio, propugnaculum.*

Vilhallr, *n. adj. a* Vilhallr — ad ſegia eitt, at tale een efter Munden. Cap. XII. v. 3.

Vín *n.* Vinshirdis-ſif *v.* Sif.

Vinir Vagna *vid.* Vagn.

at Vinna, *v. act.* Cap. XXVI. v. 5. — Land, *terram colere, a* πονος, *labor. item* at vinna á landi *idem ibid.* v. 6.

at vinna til, *v. a. præmii loco retribuere, promereri, præſtare qvid.* Hvad vilt þú nú tilvinna, at &c. *qvid impendere vis* Cap. III. v. 16. Vinna ſer til konu Cap. IV. v. 5. Hvad viltu tilvinna áſiá minnar, Cap. XVI. v. 3.

Virki, *n. Opus, raro obvium hoc ſenſu niſi in compoſitis.* Virkis verk, *præclara geſta.* Cap. XXIII. v. 18. *ſtroph. Carm.* 1. 2.

Viſtartekia, *f.* Cap. II. v. 1. *a* Viſt, *manſio* & taka, *capere.*

Vitasgiafi (Vitasgiafi, Vitadsgiafi) *nomen proprium agri* Cap. VII. v. 6. *var.* 5. *videtur verbo tenus eſſe cerri proventus dator.* —

*Sententia viri acuti & poëtæ elegantis Dni. Grimi Beſſonii bodie Sacerdoti Hialtaſtadenſis in Toparchia Mulenſi, de etymo. & Significatione vocis hæc eſt.* — „Vit *ab adjectivo* Viſs, *conf. voces* Vitaſe, Vitaſkuld. Vitaas [*qvaſi* Vita-aas. *ubi vocalis* a, *in priori eliditur ad evitandum hiatum* Aas, *genitiv. ab* Aar (aas *pro* aars

aars *propter euphoniam*, ſo ſem Maas *pro* Maars, *a Nominativ.* Maar *contract. a* Mávr *v.* Flateyar Rímu, *ubi* Velldi Más ɔ: *Mare*, *conf. loc. parall.* Tys *a nominat.* Tyr, *Accuſ.* Mó. Ty. *vid.* Olafs Sögu Haralldſonar — Veriom allvalld örvan, ölum teitann má ſveita — *nec non* Brynhild. Qviþu Budladott. — nemna tviſvar Ty. — *unde quidam recentiorum* — Oll Hión Ægis frillu yndi gró Ty linda veiti, og vingiöf mæta velldis — Hallar Ellda. Aar *non ſolum annum ſed etiam annonæ laxitatem vel annui proventus uberatem ſignificat.* — Hönum varð þat fyrir ári ɔ: hann græddi (ábatadiz vid þad) þad er aar i Gátunni ſeigiſt, þegar giæda aars undirbúningr ſynizt vera. *ex. gr.* þegar fenadr geingr feitr undan vetri, ſo at nautinn eru ſynilig í eftertídinni. Þegar vel vorar, ſo tún og eingiar verda ſnemmgróin, þá geta menn til, at afnotin verdi mikil og gód, þá er aar í gátunni, enn NB. ecki í Viſſunni, því framtídin, ſem Regn, Stormar, Froſt, kann at ſyna at þetta voru einaſta gátur: Vonin er ecki viſſa. — Enn Vit-aasgiafi, var ecki þeſs háttar: hann var alldrei úfrærr (*in margine* ófriórr) áfrærr *a Præpoſitione* af & *Nomine* fræ, *unde Verbum* jeg frævi, *paſſ.* frævíſt ɔ: friófgaſt, *unde Poeta:*

Minnunſt til Höfud Hvanna,
Hrós fám Biarga róſum,
Fyri Vetr fiera
Frævir, dag og ævi. —

*Præcipua momenta ſententiæ ſuæ de re* Vitaz-giafi *latine dedit ipſe laudatus Author, unde ſupervacaneum duxi, cætera latine reddere: mea opinio eſt.* Vitaz, Vitads *eſſe gen. ſing. a* Nom. *adject. ſive potius pars. paſſ.* vitadr, *quod ſignificat vel decretus, deſignatus, diſinitus, deſtinatus a verbo*, at vita *in actívo ſenſu accepto, uti in* Fiölſvins málum v. 17. *ſtr.* þeim var varſla vitud, *iis cuſtodia erat decreta. item in Edda Snorr. Carmine Evindi poëtæ:* Valr vitinn hinum eineya ɔ: *Strages deſtinata unoculo* ɔ: *Odino ubi* vitinn *eſt variata terminatio participii paſſ. ejusdem verbi* at vita, *ſicut etiam* laginn & lagdr *ſunt terminationes ejusdem verbi* ek legg *vel* 2do. Vitaz *eſt nom. ſubſt. genit. Caſus a Nom.* vitadr, *quod ſignificare deberet præbitionem, oblationem, largitionem munus*, & *foret nomen verbale actionis vel rei ab* at vita *pro* veita, *præbere, largiri, offerre, ita* Vitazgiafi *eſſet largitionis dator*, ɔ: *largus dator; at ex priori ſententia mea* Vitazgiafi *ſit certus dator*, ɔ: *qui quaſi decretum & definitum fructum quovis anno ex ſe reddit, neque unquam fallit agricolam*, & *commode ſubaudiretur ad ro* Vitaz *adj. nomen ſubſtant* Gróda, *fructus & proventus, ut ab initio attigi. etiam hoc* vitaz *poſſet eſſe nomen ſubſt. a nominat.* vitadr *ut ſupra*, & *notare rem definitam atque adeo certam, unde idem ſenſus emergeret; atque nulla ſubauditione opus foret.* — *unde non*

credo neceſſarium, ſententiam Viri ſupra laudati quantumvis acutam & ingenioſam amplecti, imprimis cum membrana & optimi Libri priorem compoſitæ vocis partem terminent per lit. z. quæ ſolet conflata eſſe e Litteris ds vel ts, non vero ex rs neque ss quantum ſcio. ſed facile excuſatur Vir doctiſſimus ſcriptione editionis Holanæ, quæ Vitasgiafi in Textu præfert. Cætera lectiones, quæ Vitudsgiafi præferunt, redeunt in ſenſu ad idem atque Vitadsgiafi nam. Terminationes adr & udr ſunt promiſcuæ & indefferentes.

at Vitkaz, ex animi defectu ad ſe rediri Cap. XIX. v. 3. ad verb. valet, ad rationis uſum vel ſenſum communem pervenire. & tali etiam ſenſu hodie uſurpatur de pueris: a Vit, ſenſus, ratio, & Terminatione Paſſ. az, lit. k extrinſecus interpoſita. quæ in talibus incoativo ſenſui ſervit.

U-lamid, n. pl. a prim. ſing. Ulamidr pro U-laminn verberum expers, non contuſus Cap. VII. v. 15. U, inſeperabil. & lamidr, laminn verberatus, a prim. præſent. indicat. ek lem, quod fort. ſſe a Gr. κλαω, frango.

Um, Propoſ. ob, per, propter. verda ſekr um álygi, per calumuiam vel falſam criminationem condemnari Cap. VII. v. 3. of idem valdr in hoc: oft vá ek mann of minna Cap. XXI. v. 7. ſtroph. Carm. 7. conveniunt Lat. ob & Gr. επι, Germ. umb, um.

Umſyſla, f. pro Verkſtiórn. Rádsmenſka Cap. XIII. v. 10. Procuratio, adminiſtratio, præfectura, Dan. Embede, occupatio, negotium: ſyſſelſat, occupatus. at ſyſa majoribus noſtris ſignificavit opus facere, laborare, efficere; unde ſyſla & at ſyſla verb. deducendum eſt.

Uppgángr, m. Cap. IX. v. 6 ad verb. inſurrectio. re autem incrementum potentiæ & dignitatis, neque ad ea progreſſus. — Upp, ſurſum & gángr, greſſus.

Uppgefinn, adj. deditus (in alterius poteſtatem) Cap. VII. v. 7. alias confectus defatigatus, viribus deſtitutus, datus, præditus, Dan. ſeveret.

Uppreiſt, f. eminentia, progreſſus ad honores Cap. XI. v. 8. upp, ſurſum, & erigere at reiſa.

Uppvöxtr, m. pro þroſki, indoles, incrementa, ſive pueritiæ ſive adoleſcentiæ tam ab natura quam ab arte profecta. efnilegr madr í uppvexti ſínum öllum Cap. XI. v 18. upp, ſurſum & vaxa, creſcere.

Urdbiörn, m. Cap. III v. 13. var. b. Urd. Norv ur, ſaxetum vel aſpretum cavernoſum, forte ab at varda cuſtodire, quod latebris ſit utile.

Urrædi n ſing. conſilium in re dubia captum Cap. XI. v. 2. pluralis magis frequentatur Compoſit. ex præpoſit. Ur, ex, & rædi, quod in compoſitis habetur, ab rád, conſilium.

Utanlendis (Utlendis) adv. peregre Cap. VII. v. 14. ab utan, extra & land, terra.

Utgardar, m. plur. pomoerium, at færa einn til útgarda Cap. VIII. v. 12. forte

*forte, extra fundi limites ejicere, aut in caſulam prædii appendicem* (i hiáleiguna, *i. e. villulam ut plurimum adjacentem agro ſtercorato prædii primarii*) *aliqvem compingere* (hneppa hann i hiáleiguna) hiáleiga *hoc ſenſu valet, idem reſpectu villæ, quod ſuburbanum apud Latinos reſpectu urbis, ab* ut, *extra &* Gardar, *ſepta, villæ.*

## Y.

Ys (Yſs) *m. ſtrepitus, tulmultus* Cap. XXI. v. 7. *ſtroph. Carm.* 2. *forte ab* at vaſa, *tumultuari, qvod porro ab* at vada, *vadere: alias conferri poteſt Gr.* αισσω, *ruo, vide* Ofnir *ſupr.*

## Þ.

Þá, *ergo, qvando res ita ſe habet* Cap. XIII. v. 4. *var. f. it.* Cap. XIV. v. 6.

Þar, *ubi, ad tempus applicatum,* er þar kemr tíma Cap. XVI v. 5.

Þeſſi *pro* þeſſari Cap. I. v. 20

at Þiggia. — á einu Cap. VI. v. 5. *dicitur etiam eadem ratione* at fá á einu, *ſatisfactionis nomine alicunde lucrum capere, in crimen vel injuriam multa expiandam qvid accipere. Gr.* δεχομαι, *accipio.*

Þíngbrecka, *f. locus editus ad forum ſitus* Cap. XXIV. v. 10. *interdum ponitur* Þíngbrecka *pro ipſo loco conventus publici, ut in* Grágás Landabrigda þætti, Cap XXVIII. *Credibile eſt fora olim fuiſſe conſtituta prope tales tumulos, ut eo facilius inde audiri poſſent exceptiones litigantium, & id genus plura, quæ tritura forenſis poſtulabat. qvæ opinio eo corroboratur, quod ad loca forenſia antiqva, ut traditio perhibet, tales clivi adhuc viſuntur in Islandia. — Conf. iterum* Grág. *ibid.* Cap. XVI. *conf.* Arneſens Isl. Rettergang *pag.* 74.

Þíng, *n. Conventus, Colloqvium item tempus Comitiorum;* lídr nú þíngit ad dómum fram, Cap. IX. v. 9. *& ſimpliciter locus judicii, forum, ac judicium ipſum* Cap. XXIV. v. 4-8. Þíng *etiam accipitur pro parochia ſeu ditione Sacerdotum, ut* Þínga preſtr *Parochus vel paſtor plurium eccleſiarum;* þínga kaleikr, kaleiks, *quem paſtor ſecum portat, ægrotis cœnam domini exhibiturus.* Havſtþíng *occurrit* Cap. XXVII. v. 11. *Conventus autumnalis ad verbum, veriſimiliter habitus de pauperum ſuſtentatione procuranda, & aliis forte ad rem oeconomicam pertinentibus, ut* Hreppa mót *ſeu* Hreppaſkilaþíng *hodie.* Grágas: Landeigendr v. ſkulo vera teknir til ſóknar í hrepp hverium, at fækia þá menn alla er óſkil giöra i Hreppinum, oc ſua at ſkipta tíundum mannu oc matgiöfum. *i. e. Proprietarii qvinqve eligantur actores in qvovis territorio, ad jure perſeqvendum omnes illos, qvi officia ſua non præſtant in territorio, atqve item ad diſtribuendum decimas civium & cibarias præbitiones. Jus Eccleſiaſticum:* Samkomur ſkulu

*conciliavit.* 30. *Sanctitas fanorum ulterius ſe extendebat, quam ſepimenta fanorum, quod facile videre eſt ex Hiſtor. noſtra* Cap. XIX. v. 15 & 16. *Collatæ cum* Cap. V. v. 7. *Conf* Eyrbyggia. *Mea tenuis ſententia ergo eſt quod* Þínghelgi ſ. Fiörbaugs Gardr, *non modo ad* Örſkots Helgi, *i. c. teli jactum ſe extendet, verum etiam ad ipſos usque limites extremos fundorum, intra quos fora erant conſtituta, quibusve erant annexa, aut ad territorii limites, quod Foris tanquam peculiaris poſſeſſio erat aſſignatum. Allegata* Sturlungaſagæ *Capita hoc evincunt, qua cum conferri poteſt* Eyrbyggia Saga *de Fori Thorneſiani ſanctitatis extenſione. Locus ex* Flóamanna Saga *allegatus nihil memoratur, nam ob incertam lectionem valde ſuſpectus eſt, neque adeo dignus, cui argumentum aliquod ſuperſtruatur.*

Þíngſtöd, *f. Locus judicii vel forum judiciale* Cap. XXVII. v. 11. *recentiores maluns* Þingſtadr *m.* Stöd, *locus ſtandi, ſtatio.*

Þióſtt, *m. Indignatio, boſtilitas inveterata, odium verinianum* Cap. XXI. v. 8. *ſtroph. Carm.* 6. *Gr.* θιασος, *multitudo, turba nobis* Þyſs, *Lat Thyrſus.*

Þótti, *m. Senſus animi, Sententia, voluntas, affectio vel affectus animi qualiscunqve erga qvem.* miklu mun her um ſkipta minn Þótta, hvad Þú gerir Cap. IX. v. 5. af *verbo* mer Þikir *Præt.* Þótti, *mihi videtur, autumo, cogito, judico, puto.*

Þóttit *pro* Þótti-at *non videbatur* Cap. XXVII. v. 18. *ſtroph. Carm.* 3.

Þó tu, *Contractum ex* Þótt Þú *etſi tu* Cap. VII. v. 14. Cap. XVIII. v. 12.

Þrá, *f. & n. pertinacia, contumacia, obſtinacia, pervicacia;* Þrá drättr *m. ductus vel tractus pertinax, videtur de lento corſtictu uſurpatum,* Cap. XXI. v. 8. *ſtroph. Carm.* 5. *Gr.* θραω, *ſedeo.*

at Þræta, *verb.* Cap. XXIII. v. 9. — vid einn, *verbis contendere contra qvem, vel refutare qvem; forte a* δηρις, *contentio,* vai *Cognatum* Þras, Þræſa, Þrá.

Þrályndi, *f. non, n. pervicacia* Cap. XIV. v. 8. Þrá, *vid. ſupra, &* Lynde, *ingenium.*

Þraum, *f. &* Þraumr, *m. margo, crepido, extremitas,* — Sæfar Cap. XXVII. v. 17. *ſtroph. Carm.* 6. *Gr.* τερμα, *terminus, meta, cognatum vocabulum eſt* Þrep *projectura parietis vel forulus ex eo proſtans.*

Þraungt *pro* Þreyngt: Þó ad Þraungt verdi koſti Þínum: *a prima præſentis* ek Þraung, *infinitivo* at Þraúngva, Cap. V. v. 9. *i. e. etſi res (fortunæ) tuæ in arctum cogantur:* Þraungr, *arctus anguſtus. A. S.* Þrang *qvod a* Þringan, *premere.* meir ſe Þer Þravngt. Cap. XVI. v. 3. ɔ: *diſtentus ſis. majori neceſſitate.*

Þraungr, *m. nomen verbale agentis ab ad* Þraungva — Þremia lins *viri appellatio* Cap. XXVII. v. 17 *ſtroph. Carm.* 1. 2.

Þraut, *in plur.* Þrautir, *ultimus certaminis terminus:* ad leggia til Þrauta hæſta atid Cap. XIII. v. 16 *ab* ad Þreita, *contendere it. periculum facere.*

Þrautgódr, *adj.* Cap. XVI. v. 3. Þraut *periculum, difficultas.* gódr, *bonus, miſericors.*

Þremiar, *f. pl. pars gladii, ſine dubio acies* Þremialinnr *gladii vocabulum* Cap. XXVII. v. 17. *ſtroph Carm.* 2. *forſaſſe a* Þraum, *qvod vide.*

Þúngr, *adj. gravis.* mer er Þúngt *pro* mer er íllt *vel* óglatt, *langveo* Cap. III. v. 8 δεινος, *gravis.*

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be taken from the Building

DEC 3 - 1924